

Google


HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.


SIGILLVM ACADEMIAE HARVARDIANAE IN NOV ANG
CHRISTO ECCLESIAE
VE RI TAS

DE

APOLLINARIS SIDONII LATINITATE

OBSERVATIONES
AD ETYMOLOGIAM SYNTAXIN VOCABULORUM APPARATUM SPECTANTES.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS


IN

ACADEMIA FRIDERICIANA
HALENSI CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

MAXIMILIANUS MUELLER
DIACONUS CAMBURGENSIS.

HALIS SAXONUM
MDCCCLXXXVIII.



GOTTHARDO LUFT CAMBURGENSI

SOCERO CARISSIMO

D.

De Apollinaris Sidonii Arvernorum episcopi latinitate quanquam duo iam programmata Memeliana composita ab H. Kretschmann[1]) extant et Eugenius Baret editionis suae Sidonianae[2]) pagg. 106—120 nonnulla exposuit, tamen nova quaedam commentatio haud supervacanea nobis visa est. namque ille altero programmate *de compositione Sidonii* uberius explicavit, altero vocabulorum supellectilem enumeravit ac duabus tantum paginis extremis de dicendi genere paucissima quaedam exposuit, hic proprietates Sidonii maxime conspicuas adumbravit potius quam pertexuit atque in complures insuper incidit errores. de etymologia autem et syntaxi Sidoniana nemodum accuratius et copiosius scripsit: id quod nobis propositum est. quam quaestionem ita censuimus esse solvendam ut eis minus curatis quae a classicorum qui dicuntur scriptorum usu non discrepant aut ab etymologica parte aut a syntactica insignissima quaedam et ad Sidonianum dicendi genus cognoscendum maxime idonea certis quibusdam rationibus disposita persequeremur. omnia enim insigniora si pertractare voluissemus, totus liber conscribendus nobis fuisset qualem confecit Henricus Gölzer vir doctus Gallicus de Hieronymi latinitate:[3]) quod perficere minime poteramus quoniam auxilia ad tale opus maxime necessaria nobis praesto non erant. ex permagno enim numero peculiarium libellorum a Pauckero de posteriorum scriptorum vocabulorum apparatu compositorum paucissimos inspicere nobis licuit. accedebat quod aliorum virorum doctorum de singulorum scriptorum latinitate commentationes in actis philologis ut Museo Rhenano et quae sunt cetera id genus extantes in promptu nobis non fuerunt. at vehementer gavisi sumus quod nova Sidonii

[1]) quae edita sunt annis 1870 et 1872.

[2]) *Oeuvres de Sidoine Apollinaire texte latin etc.*, Paris. 1878.

[3]) *Étude lexicographique et grammaticale de la latinité de St. Jérôme,* Paris. 1884.

editio Luetiohannea[1]) quam anno superiore quanquam summa ope nixi impetrare non potuimus[2]) modo apparuit ita ut observationes nostrae in editionis Sirmondianae[3]) lectionibus saepe dubiis et corruptis initio nixae iam in firmo et stabili quasi fundamento sint positae.

Transeamus iam nihil amplius praefati ad id quod proposuimus. ac primum de Sid. etymologia exponendum videtur.

Pars I. De etymologia Sidoniana.

§ 1. De prima quae dicitur declinatione.

Quoniam igitur ea potissimum quae a scriptorum classicorum usu discedunt enumerare nobis proposuimus, nihil morati in forma antiqua sed eadem omnibus temporibus usitatissima *familias* quae extat nunquam non coniuncta cum *pater* vel *filius* II 9, 4. III 11, 1. IV 4, 1. VII 2, 7[4]) cett. memorandam censuimus formam *animabus* VII 9, 9 *(pro animabus intercedere)* quae apud ecclesiasticos scriptores satis vulgata fuit (cfr. Georges[5]) i. v. *anima*, Gölzer l. l. p. 279, denique Neue[6]) I 29; Cic. fam. XIV 14: *duabus animis suis*).

Genet. plur. in *um* pro *arum* exeuntis formae non inveniuntur nisi in carmm. ut *Macetum* 2, 469. 5, 428; *Scipiadum* 7, 555; *Tantalidum* 2, 312: de quibus vide Neue I 19—21 qui complures aliorum poetarum locos quibus eaedem vel similes formae extant laudavit.

Nominum graecorum gen. fem. accusativus in *em* desinens cuius compluria exempla apud Baretum inveniuntur

---

1) *Monumenta Germaniae Historica* cett. auctorum antiquissimorum tomus VIII.

2) neque enim Theodorus Mommsen neque Fridericus Leo quos viros illustrissimos literis adiimus animum induxerunt ut eius editionis partes typis iam expressas ad tempus quoddam nobis crederent.

3) Paris. 1652 (ed. altera).

4) numeri quique priores Romani libros epistularum, Arabici carmina indicant.

5) lexic. amplior. ed. VII.

6) *Formenlehre der latein. Sprache,* ed. II, Berolini 1877.

(II 2: *prognem,* VIII 3: *Hippocrenem,* VIII 16: *Terpsichorem* cett.) quanquam iam Neue I 58 eum ferri posse negavit in editione Luetiohannea nusquam non melioribus lectionibus cessit.

§ 2. De altera declinatione.

Nom. sing. litera v praecedente terminationem exit in *os* 2, 210: *divos.*

Vocativus nominis Dei quem Neue I 84 nisi in sacrorum librorum interpretationibus et apud Christianos scriptores non extare recte suspicatur semper nominativo aequalis est ut I 9, 1. IV 3, 2. IV 11, 2. IV 12, 1 cett.: *Deus bone* vel *D. magne.* similiter pronominis possessivi *meus* vocativus nominativo aequalis est ut I 9, 6: *Solli meus;* IV 10, 1: *domine meus;* V 17, 1: *Eriphi meus*; denique 23, 465: *Marcelline meus perite legum*; quanquam *mi* quoque exstat c. 14 praef. § 1: *mi Polemi.* idem vocativus *meus* pro *mi* legitur apud Hieron. in Mich. II 6, 3: *populе meus, quid feci tibi quod facere non debui* et in Abac. I 1, 13: *novi, Domine Deus meus, Sancte meus, quia* ... (cfr. Gölzer p. 281).

Genet. plur. nonnullis carmm. locis pro *orum* desinit in *um* ut *deum* 5, 52; *semideum* 1, 12; 23, 253; *divum* 5, 352; 10, 9; *nubigenum* 5, 237; *Pelasgum* 5, 132; *superum* 7, 17; 10, 3; denique *virum* 5, 32; 5, 244; 23, 89: quas formas praeter *nubigenum* ab omnium aetatum poetis usurpatas esse constat. nec minus *iugerum* II 2, 3 apud superiores etiam scriptores forma usitatissima est; *nummorum* VIII 7, 2 quanquam rarior forma est quam *nummum* tamen ap. Cic. extat; sed *modiorum* II 2, 8 *(baptisterium — viginti circiter modiorum milia capit)* etsi sunt qui uno loco Plautino scribendum censeant, tamen ante Plinium et Iureconsultos non inveniatur (Neue I 103 sqq.). —

Nominis pure latini accusativus more graeco formatus extat unus 24, 32: *Trevidon,* cum nominum graecorum formae graecae nihil habeant miri neque in epp. ut II 2, 7: *Paros Carystos Proconnesos,* IX 14, 5: *distichon* (Suet. et Mart.), V 17, 9: *tetrastichon* neque in carmm. ut *barbiton* VIII 9 c. 14, (nom. *barbitus* 16, 70); *chirographon* 16, 56; *cinnamon* 9, 325; *epodon* 9, 222; *hecatombion* 9, 203; *Atropos* 15, 200; *Aeschylon* 9, 235; *Anthedion* 9, 312; *Arcton* 22, 217; *Athon* 9, 47; *Caryston* 22, 140; *Caucason* 5, 283; 11, 95; 24, 44 (*Caucasus* 5, 479; *Caucasum* VIII 3, 4); *Corinthon* 2, 476; 15, 46 (*Corinthus* IX 13 c.

2, 71; 5, 48); *Cronon* 15, 61; *Cypron* 11, 108; *Cyzicon* 2, 512; 22, 163; *Delion* 9, 176; 22, 66; *Dindymon* 9, 15; *Euhion* 9, 175; *Lemnon* 15, 25; *Paron* 22, 140; *Pelion* 9, 90; 10, 2; *Pharon* 7, 93; *Polyphemon* 9, 160; *Seston* 5, 451; *Taenaron* 15, 162; *Troilon* 5, 191: quae formae omnes paene apud alios quoque poetas extiterint.

Vocativus *Periandre* legitur 15, 46 et 23, 104 (aeque atque Hygin. fab. 221) ductus a nominativo *Periandrus* quem Sid. 23, 103 legi et Georges et Neue I 78 per errorem dicunt.

§ 3. De tertia declinatione.

A. de substantivis.

Nom. sing. formae insolentiores commemorandae videntur hae:

a) contractae: *satraps* 2, 78 (Alcim. Avit. 6, 392) pro *satrapes*; *Libs* 15, 143 et *Lips* 9, 97 (= Antaeus) pro *Libys*: quae forma extat 5, 46 alia significatione (*Libs* de Africo vento legitur Venant. Fort. vit. S. Mart. II 76; Serv. Verg. A. I 22; Plin. II 119 acc. *Liba; Lips* ead. signific. Senec. nat. qu. V. 16, 5. Suet. rell. § 151. Veget. mil. IV 38). b) *satias* IV 21, 6 (cfr. Neue I 568) pro *satietas*; *lintris* pro *linter* 5, 283; *fidis* (voc.) pro *fides* 16, 5.

Genet. plur. formae audaciores sunt *laudium* 23, 31 (Pacat. et itin. Alex.) et *ossium* III 13, 9 (Apul. et Cael. Aurel.) pro qua forma Augustus Engelbrecht[1]) *ossuum* ex duobus codd. recipiendum esse haud sine probabilitatis specie censet; *nivium* III 2, 3 et IV 6, 4 quanquam frequentius invenitur quam *nivum* (semel in itin. Alex. 44 [100]) nisi apud senescentis latinitatis scriptores non legitur (Lamprid. Hel. 23, 8. Mamert. paneg. genethl. Maxim. II 4. Cael. Aur. ac. II 37. Jul. Val. rer. gest. Alex. M. III 22. 23 [36. 37] cfr. Neue I 280; Georges duo exempla Lampridiana attulit); *clientum* I 9, 3 et IV 18, 2 apud bonos scriptores rarius extat quam *clientium*; *infantum* denique Sid. ut scriberet 2, 37 et 246, metro adductus est.

B. de adiectivis et participiis.

a) de adiectivis. — Ne ab hac quidem parte Sid. a veterum usu longius discessit. namque trium adiectivorum abl. sing. ut in *e*

---

[1]) *Untersuchungen über die Sprache des Claudianus Mamertus* Vindob. 1885, p. 461.

terminaret pro *i* sola metri necessitate compulsus est ut 5, 463: *dite magis ferro* pro *diti*: quam unam formam inveniri Neue II 49 dicit; 16, 70: *plectro — impare* (saepe ap. all. poett.); denique 16, 53: *culpa nos perpete vinxit:* quam formam usquam inveniri Neue ibid. negat; *frequenti* IV 17, 2: *lectione fr.* forma usui bonorum scriptorum accommodatior est quam *frequente* VIII 6, 7: *fr. conventu*, qua Suetonius solus usus est (Plaut. semel propter metrum *infrequente*); *pervigili* III 7, 4: *a pervigili statione* apud Iuvenalem quoque et Apuleium extat; denique *uberi* IV 16, 2: *uberi praeconio* quanquam Priscianus adiectivorum *pauper uber degener* abl. sing. tantummodo in *e* desinere docet iam apud vett. crebrius est quam *ubere*.

Adiectiva ubi pro substantivis posita sunt aut in nomina propria verterunt ablativum in *e* terminasse constat ita ut recte dicat Sid. VI 4, 2: *quodam Prudente;* IV 12, 2: *Apollinare*; 5, 57: *infelix felice uno* cett. a qua tamen norma ut a vett. sic a Sid. nonnunquam discessum est ut IX 10, 1: *de Biterrensi;* VIII 6, 15: *de continenti* — quae forma ap. bonos scriptores multo frequentior est quam *continente*; I 11, 2 et VIII 6, 10: *de sodali*, [1]) denique in structura abl. absol. IV 17, 2: *quo vel incolumi vel perorante.* nominis autem *artifex* adiectivi loco positi ablativum Sid. formavit *artifice* IX 11, 9: *artifice confabulatu*: cuius formae Neue II. 17 exemplum attulit nullum.

Nom. pl. neutr. formae *ancipitia* IX 3, 2 et *ditia* IV 3, 8 iam ap. Liv. compluresque poetas inveniuntur. similiter *victricia (castra)* 23, 92 et *(signa)* 7, 88 forma ap. superiores poetas non inusitata fuit; *inhospita (tesqua)* 16, 91 locutio ex Horatio repetita est.[2])

Gen. pl. adiectivorum in *as* exeuntium quorum nonnulla in substantiva verterunt in *ium* fere desinit ut *nostratium* III 3, 9; *Tolosatium* IV 22, 1; *Vasatium* VIII 12, 1; sed *Atrebatum* 5, 213 legitur propter metrum (aeque atque Hirt. b. g. VIII 47, 2; Caes. b. g. V 46, 3: *Atrebatium*).

---

[1]) cur Neue I 223 Charisii hoc nomen inter adiectivorum numerum referentis sententiam impugnet minime perspicimus. ex ipsa enim formatione hoc nomen proprie adiectivum esse patet.

[2]) cfr. E. Geisler *de Apoll. Sid. studiis* Vratislav. 1885, p. 14.

b) de participiis. — Participiorum in *ns* desinentium cum propriam vim retinuerunt abl. sing. in *e* exit ut in structura abl. abs. I 11, 6: *vacante aula;* II 4, 2: *Deo prosperante;* II 9, 9: *harum fotu cruditatem nostram tergente* cett. nec minus ubi pro substantivis posita sunt ut II 2, 8 et 18: *ab oriente;* VII 13, 4: *cum conloquente;* III 13, 3: *non de bene vivente sed de bene pascente;* IX 13, 5: *in quocunque recitante* cett. ubi autem adiectivorum naturam et vim induerunt, vehementer fluctuatur inter *i* et *e* nec potest perspici quam rationem Sid. sit secutus in ponendo aut uno aut altero. legimus enim IV 11, 4: *competenti praeconio,* V 15, 2: *gratia competenti,* II 2, 15: *in area virenti;* contra IV 11 c. 6 *virente in aevo;* VII 2, 3: *censu modico contenti sed eodem vel sufficiente,* IX 11, 10: *super abundante blateratu,* VI 12, 7: *in superveniente simili necessitate* cett. in carmm. autem Sid. sola metri ratione adductum esse ut aut *e* aut *i* poneret apparet maxime ex 7, 406: *iam pallente die flagrantique excita mundo.*

Gen. pl. promiscue terminatus est in *um* aut *ium* neque interest utrum participia substantivorum loco posita sint an propriam vim habeant ut V 20, 3: *redde te expectantium votis expetentumque caritatem proba;* V 12, 1: *turbine dissidentium partium;* II 12, 3: *medicorum assidentum dissidentumque;* VII 6, 7: *praesentum temporum — morientum patrum;* VII 9, 5: *inter disputantium consectaneorum cathedras* cett.

C. de nominibus graecis.

Nominis *Γοργὼ* extat nom. *Gorgo* 15, 7 (*Gorgon* Sen. Lucan. Stat. Mart. Hygin. fab. cfr. Neue I 160 sq.), abl. *Gorgone* 11, 88 et 15, 23. nomen proprium *Leo* more prorsus latino flexum est ut *Leo* 2, 27, *Leonis* 23, 446, *Leone* c. 14 praef. § 2 (aeque ac *draco* 11, 90 et 13, 7. *draconis* 2, 126. *dracones* 2, 233. *draconum* VI 12, 6).

Aliorum nominum graecorum ceteri casus saepe terminati sunt graece idque maxime in carmm. ut

a) gen. *nebridos* 5, 497. *Pallados* 6, 1. *Phoebados* 5, 194. 15, 2. *Synnados* 22, 138. *Tritonidos* 7, 198. *Strymonos* 5, 491.

b) acc. sing. *aera* 11, 112. 15, 92. 22, 65. 119. *aethera* 7, 205. 22, 115. *aegida* 15, 25. *delphina* 11, 43. *elefanta* 2, 374. *platanona* VIII 9 c. 13. *Amphiona* 9, 286. *Babylona* 9, 23. *Castora* 5, 182. *Cyclopa* 2, 451. *Dolona* 9, 152. *Hyperiona* 7, 576. *Me-*

mnona 2, 521. *Pallanta* 15, 23. *Phaethonta* 7, 405. *Platona* 9, 232. 15, 99. 191. *Pythona* 2, 153. 311. *Strymona* 23, 193, atque etiam *Saxona* VIII 9 c. 21. 7, 369. *Tesifonta* 2, 451. *Orphea* 16, 2. *Persea* 9, 174. *Thesea* 5, 288. *Cyclada* 6, 10. *Dorida* 5, 461. 7, 24. *Elida* 9, 101. *Laida* 15, 182. *Maeotida* 23, 248. *Persida* VIII 9 c. 50. *Phocida* 23, 13. *Ptolemaida* 7, 95. *Schoenida* 14, 15. *Symplegada* 11, 4. *Tritonida* 15, 179. *chelyn* VIII 9 c. 9. 1, 16. 2, 310. 16, 3. *Apin* 9, 184. *Eleusin* 9, 181. 22, 176. *Thespin* 9, 236. *Baetin* 9, 297 ac denique *Visurgin, Albin* 23, 244.

c) acc. pl. *antipodas* 9, 19. *daemonas* VII 17 c. 12; *grypas* VIII 9 c. 10. 2, 307. 22, 67. *heroas, heroidas* 2, 501. *lebetas* 5, 227. *martyras* IX 16 c. 63. *phalangas* 9, 125. *tapetas* 23, 427. *trapetas* 2, 107. 15, 35. *tripodas* VIII 9 c. 9. IX 13 c. 2, 60. 22, 79. *Aethiopas* 2, 92. *Bassaridas* 9, 209. 22, 37. *Chaonas* 5, 427. *Cilicas* 2, 462. *Curetas* 9, 206. *Cycladas* 2, 460. *Cyclopas* 23, 201. *Ephyreiadas* 15, 146. *Laconas* 24, 26. *Naidas* 22, 17. *Panas* 22, 37. *Pimpliadas* 10, 7. *Rhodanitidas* IX 13 c. 2, 114; denique *Sirenas* 9, 163: quanquam haec forma etiam ducatur a *Sirena, ae* I declin. (cfr. Georg. et Neue).

d) voc. *Bia* 2, 161. 15, 48 et *Proteu* 7, 27.

Sed et in epp. formae graecae inveniuntur ut

a) gen. *anachoreseos* VII 9, 9. *haereseos* VII 6, 2 (bis) *matheseos* VIII 11, 9. c. 22 praef. § 3. *Clius* I 9, 7.

b) acc. pl. *amystidas* c. 22 ep. § 5. *chironomuntas* IV 7, 2. *olympiadas* IX 12, 2. *Phaethontiadas* I 5, 3. acc. sing. *anadiplosin* VIII 11, 5.

Maior autem est in epp. numerus formarum latinarum ut

a) gen. *hebdomadis* II 9, 10. *heremitidis* VIII 14, 3. IX 3, 4. *Nilotidis* VIII 12, 3. *Charybdis* IX 6, 2. *Briarei* V 7, 5.

b) acc. sing. *agonem* II 2, 19.[1]) *canonem* VI 10, 2.[1]) *Ctesiphontem* II 9, 5. *Epitrepontem* IV 12, 1. *Gnathonem* III 13, 1. *Phaedonem* II 9, 5. *ephemeridem* IX 14, 7. acc. pl. *myoparones* VIII 6, 13.

Quanquam ne in carmm. quidem formae latinae desunt ut

a) gen. *lampadis* 2, 433. *Busiridis* 22, 1. *Persidis* 9, 61. 23, 91. *Susidis* VII 17 c. 7. VIII 9 c. 46. *Themidis* 9, 191. *Thetidis* 14, 26. *Hyperionis* 2, 406. *Ctesiphontis* IX 13 c. 2, 21. 23, 140. *Caferei* 5, 196. 15, 1.

---

[1]) Georg.: *agon*, acc. sing. *agona; canon* acc. sing. *canona*.

b) acc. sing. *aerem* 15, 88. *chalybem* 15, 14. *Alconem* 5, 183. *Atlantem* 5, 282. *Creontem* 5, 192. 22, 82. *Marathonem* 6, 3. *Phrygem* 23, 286. *Arcadem* 9, 176. *Orpheum* VIII 11 c. 24. *Theseum* 24, 29. *trieteridem* II 8 c. 13. *mathesim* 5, 130. *Hypanim* 5, 114. *Thybrim* VIII 9 c. 44. 5, 25. denique *Tigrim* 2, 453. 9, 25. acc. pl. *chlamydes* 15, 154.

Adiectivi *Parrhasis* extat abl. *Parrhase (sub ursa)* 5, 473; nominis *pistris* abl. *pistre* 11, 41; vocabuli *dogma* dat. pl. *dogmatibus* I 6, 5 et III 6, 2; nominis denique *Syrtis* hae formae: *Syrte* abl. sing. VIII 12, 3. 2, 124. 5, 264. 549. 17, 13. *Syrtes* nom. pl. 16, 91. acc. 5, 594. *Syrtium* 9, 204.

§ 4. De quarta declinatione.

Formae in *ubus* desinentes extant hae: *arcubus* I 5, 3. 23, 42 (Manil. 3, 213. Capitol. Max. et Balb. 16, 5. Treb. Poll. Claud. III 7. Veget. mil. I 14. II 15. IV 29. Serv. Verg. A. 9, 622. 11, 6. Vulg. Nehem. IV 13). *artubus* VII 14, 3 (Cic.); *specubus* III 13, 8. 11, 121 (Verg. Varr. Suet. Grat. Pacat. Prudent. Mart. Capell.).

Cum argenteae aetatis tum maxime senescentis latinitatis scriptores substantivis IV decl. verbalibus abundaverunt.[1]) quorum substantivorum cum non paucorum solus ablativus extet,[2]) tamen et numerus eorum quorum alii casus cum libertate quadam a veteribus aliena usurpati seu potius formati sunt a posterioribus scriptoribus haud mediocris est. ac solus abl. sing. ap. Sid. invenitur nominum horumce:

*accentu accursu attritu blateratu *cognitu*[3]) *coitu *compressu conceptu †concitatu* (23, 366) *†confabulatu* (IX 11, 9) *congestu deiectu †fabricatu* (III 13, 10)[4]) *fatu fetu fluxu fotu †hirritu* (IX 16 c. 10)[4]) *illapsu impressu impulsu inquilinatu instinctu *instructu machinatu memoratu monitu natatu *natu nutu obiectu*

---

[1]) cfr. quae Gölzer p. 87 sq. de Livio Tacito Quintiliano Seneca Apuleio disseruit.

[2]) cfr. Neue I 501 et Naegelsbach *Lat. Stilistik* ed. VII, p. 168 sqq.

[3]) quae asterisco* instruximus vocabula, eorum ap. all. quoque scriptores solus sextus casus extat; quae cruce†, ea ἅπαξ εἰρημένα esse videntur.

[4]) minus diligenter Georges: *fabricatus ūs* et *hirritus ūs:* ipse enim praef. p. XI dixit eorum substantivorum IV. decl. quorum solus ablativus inveniatur se pro genetivo sextum casum nominativo addidisse.

†*oblatu* (VII 9, 6)[1]) *obtentu occassu *oppresu petitu planctu textu processu procinctu profectu *prolatu *promptu provectu pruritu recursu relatu* †*reseratu* (IX 11, 2) **rogatu rotatu volatu vomitu* postremo †*vulgatu* (VIII 1, 1).

Aliorum nominum praeter veterum usum aut praeter grammaticorum doctrinam casus singuli numeri pluralis inveniuntur ut: *affatus appetitus balatus conspectus contractus excessus flatus fletus hortatus latratus meatus nexus obtutus plausus precatus recessus rictus successus superventus tractatus ululatus* cett: de quibus cfr. § 8 A.

Vocabuli *oratus* cuius ap. vett. solus abl. invenitur ap. Sid. praeter sextum casum genetivus legitur IX 14, 1: *nulla mutui oratus vicissitudo.*

Solus denique dativus extat horum nominum: *conflictui* VIII 12, 8. IX 11, 8. *despectui* III 4, 1. *divisui* I 5, 7. *esui* ibid. § 6. VIII 3, 5. †*garritui* VIII 6, 9. *mercatui* I 5, 6. *receptui* (canere) III 3, 9. III 7, 4. VI 1, 4. VII 2, 8. *secessui* VII 13, 5. *spretui* III 14, 2. *suspectui* VIII 3, 5.

§ 5. De quinta declinatione.

Nominum quintae declinationis genet. et dat. pl. apud vett. inusitati praeter *dierum diebus rerum rebus* a posterioribus scriptoribus formati sunt ita ut Sid. dicat *spebus* I 9, 1. III 6, 3.[2]) (Sulp. Sev. dial. III 10, 3. Salv. adv. avar. II 1, 1. Paul. Nol. c. 18, 263. Hilar. in ps. 119); *speciebus* I 10, 2 (Apul. Tert. Vopisc. Aur. Scaevol. dig. Mart. Cap. cett. cfr. Neue l. c.), denique: *glacierum* IV 6, 4 (ἅπ., all. plur. formm. vid. § 8).

§ 6. De pronominibus.

Nihil morati in forma antiqua et poetica *quis* pro *quibus* 7, 363. 11, 109. 15, 106. hoc solum commemorandum censuimus formam hibridam *eiuscemodi* quae in ed. Sirmond. c. 14 praef. legitur apud Luetioh. iam scripturae *huiuscemodi* cessisse.[3]) neque

[1]) quod quanquam haud dubie substantivum est, non supinum — dicit enim Sid. *paginae decretalis oblatu* — tamen apud Georg. non est adlatum.

[2]) Neue I 382 praeter hos quos laudavimus locos *5, 48* legi *spebus* per errorem dicit additis verbis: hier ist im cod. Cuiac. *spei.*

[3]) ceterum forma *eiuscemodi* legitur Hieron. ep. 82, 6: *e servo clericum factum criminatur, cum et ipse nonnullos eiuscemodi clericos habeat* compluribusque aliis locis quos Neue II 198 enumeravit.

autem transeundum nobis visum est Augustum Engelbrecht *hisdem* pro *isdem* 5, 156. 5, 467. c. 22 ep. § 6 scribendum censere (cfr. l. l. p. 519).

§ 7. De nominibus bibliacis.[1])

Nominum ex sacra scriptura repetitorum magnus numerus làtine neque flexus neque terminatus est ut *Abraham* VII 17 c. 1 et 28. *Adam* ibid. vs. 29 et 16, 59. *Assur* VII 6, 4. *Israel* VII 9, 21. 16, 8 et 88. *Nadab et Abiu* VIII 14, 3. *Samuel* 16, 88, ac ne in obliquis quidem casibus ut *Joseph* VI 12, 7: *venerabilis patriarchae Joseph; Judith* 16, 11: *manum Judith* (gen.) *ferientem; Jesse* 16, 18: *pecorosi de grege Jesse; Aaron* VIII 14, 3: *domus Aaron pontificis; Agar* VIII 13, 4: *ad Agar ancillam,* denique *pascha* IV 18, 1: *ad sacrum pascha.*

In Hierosolymis significandis Sid. tribus usus est nominibus: *Hierusolyma* (I. decl.) et *Solyma* (II. decl.), cum propriam urbem intellexit, *Jerusalem* vel *Hierusalem* (indecl.) cum secundum apostolorum doctrinam (cfr. Galat. IV 26. Hebr. XII 22) *illam quae sursum est Hierusalem* dixit ut VII 9, 21: *Salomon ut templum aedificaret in Solymis;* VIII 13, 3: *patriam sibi maluit Jerusalem potius quam Hierusolymam computari;* VII 6, 4: *spiritalem Jerusalem;* denique VI 1, 1: *de quadam specula veritatis nec de inferiore Hierusalem ecclesiae membra superinspicere.*

Alia nomina more latino vel graeco terminata et flexa sunt ut *Jacobus* VI 1, 1; *Lazarus* VII 6, 4; *Johannes* 16, 99 (II 5, 1); *Moyses* VI 1, 6. *Helias* 16, 99. *Salomon* VII 9, 21 (*Ἡλίας—Σολομών). Helisei* 16, 30. *Zachariae* 16, 36. *Mariae* 16, 6 (= Mirjam); *ante Beselehelis pedes* VII 9, 21. *Olofernis* 16, 11. *Johannis* VII 9, 17. *sancto Abrahae* VII 17, 1. *Rebeccae — Annae* 16, 86 et 87. *Jonam* 16, 26. *Heliam* 16, 35. *super Ithamare et Eleazaro* VIII 14, 3. *sub Moyse* VII 9, 21. *in Simone mago* VII 9, 15; denique *Gedeona* 16, 16 et *Thesbiten senem* 16, 32.

§ 8. De nominibus defectivis.

A. De substantivis.

Substantiva quaedam latina altero numero carere ita ut pluralia tantum sint et ex grammaticorum doctrina et ex scripto-

[1]) brevitatis caussa hoc adiectivum novavimus.

rum usu docemur. sed iam ipsi grammatici longe plurimorum illorum nominum etiam numeri singularis casus quosdam extare concedunt. in quem numerum ex Sidoniana vocabulorum supellectile referenda sunt haec nomina: *altaria cervices crates dapes fauces fides fores nares nundinae obices preces verbera.* quorum numeri singularis casus extant hi:

altaris IV 25, 4. VIII 14, 4. *altari* II 10, 3. *altare* VI 1, 6. pl. *altaria* II 1, 3. IV 11 c. 14. *altarium* VII 6, 8 cett. de pluribus. qui singularis ap. eccl. scriptores creberrime invenitur. — *cervix* I 2, 2. 5, 239. 579. 22, 25. — IX 9, 4: *ecquaenam est cuiquam peritiae cervix tanta quive hydrops* sensu translato. *cervicis* VII 14, 5. *cervicem* VIII 9 c. 30. *cervice* I 11, 13. IX 9, 14. sed et pluralis de unius hominis cervicibus usurpatus extat I 11, 15 et VIII 14, 4; II 2, 8 autem et V 14, 3 de pluribus. Ciceronem constat plurali tantum numero usum esse; singularis autem qui ab Hortensio primo positus esse dicitur ex argentea literarum aetate crebrior esse coepit quam plur. — *cratem* VII 1, 2. 22, 60 (Ov. Colum. Lucan. Val. Flacc.). *crate* VIII 12, 5 (Ov. Liv. Col. Lucan. Plin. Tac.). *crates* pl. II 2, 8. — *dapem* 9, 111 (Hor. Tib. Liv. Phaedr. Senec.). *dape* 5, 226 (Ov. Stat.). pl. *dapes* II 13, 7. 5, 226. *dapibus* I 2, 7. — *fauce* 5, 23. 7, 199. 9, 81. 11, 103. 16, 22 (haud raro ap. vett. poett.). — *fidis* voc. sing. pro *fides* cfr. § 3 A. *fide* IX 15 c. 23 (Hor. Ov. Val. Flacc. Stat.); pl. *fidibus* I 2, 9. I 9, 6. 1, 7. 6, 5. *fides* 6, 35 cett. — *forem* V 4, 1 (Plaut. atque etiam Cic.); pl. *fores* VIII 6, 5. 22, 209. *foribus* I 2, 4. V 8, 2. — *narem* 9, 344. *nare* 7, 198 (saepe ap. class. poett.); *nares* V 7, 5 de pluribus; *narium* I 2, 2 de unius hominis naso. — *nundinam* VII 5, 2 (*nundina* nom. sing. ap. Venant. Fortun.); pl. *nundinas* VI 8, 1. IX 7, 5. *nundinarum* VI 4, 2. — *obex* 2, 493 (Alcim. Avit. c. I 288. Gloss. Labb. *obex καταφράκτης, ἐμπόδιον*); *obicem* III 4, 1 (nusquam ap. all. quanquam sunt qui hanc formam Plaut. Pers. II 2, 21 legendam esse censeant); *obice* VII 1, 1 saepe ap. all. *obicibus* II 2, 17. V 14, 2. IX 7, 3. 9, 45. — *precem* II 5, 2 (Plaut. Apul. Lact. Cypr.). *prece* VII 7, 6. IX 6, 4. 2, 18. 7, 299 (iam Cic.). — *verbere* 11, 28 saepe ap. all. —

Ad quae accedunt nomina quaedam propria quae quanquam propter significationem a singulari numero abhorrent tamen maiore

licentia praecipue in carmm. — quanquam uno etiam loco epistulari — singulariter posita extant ut

Alpis gen. 9, 48. 16, 95 (Lucan.). *Alpe* V 16, 1 (Ov. Flor. Claud.). *Alpem* 2, 510 (Lucan. Juv.). pl. *Alpium* I 5, 2. *Alpes* 2, 530. 5, 511 et 548. 7, 328. — *Amazon* 9, 95. 13, 11. 15, 142 (Ampel. 8, 18. Val. Flacc. 5, 89. Plin. 7, 201. — Ov. a. a. 2, 743 translate). — *Cyclas: Cyclada* 6, 10 (Vitr. Sen. Sil. Juv.). pl. *Cycladas* 2, 460. — *Dryas* 22, 15 (Mart. IX 62, 14) et *Hamadryas* 1, 13 (Stat. silv. I 3, 63). — *Gigas* 9, 95. 13, 11. *gigans* 15, 141 (Stat. Mart. Sil.). — *Gratia triplex* (= tres Gratiae) 11, 113 (Claud. epithal. Pall. et Cel. 8). — *Symplegas: Symplegada* 11, 4 (Sen. Lucan. Val. Flacc. Claud. Auson. Rutil. Namat.).[1])

Aliorum rursus nominum et abstractorum et concretorum et propriorum numerus pluralis quanquam propter significationem vel ex usu ab illis abhorret non modo a scriptoribus senescentis latinitatis vel a poetis verum etiam a classicis scriptoribus formatus et quamvis raro usurpatus est. quorum nominum Neue I 390 sqq. magnum numerum recensuit. nos haec potissimum exempla afferenda censuimus quorum nonnulla posteriorum tantum scriptorum sunt alia iam ap. Cic. et alios auctores classicos inveniuntur.

adipes IX 13 c. 2, 51: *adipesque glutinosos* (Plin. Quint.; Hieron. adv. Jov. II 11: *adipibus*). affatus V 4, 2: *politis affatibus.* VIII 14, 8: *crebris affatibus* (poëtt. et Ict.). affectus abstr. pro concr. VI 4, 1: *unam feminam de affectibus suis.* VIII 8, 2: *amicis qui iure ponuntur inter affectus* (Cels. Ov. Curt. Plin. Quint. Sen. cett. alia significatione; eadem qua ap. Sid. potestate Lucan. Apul. Capitol.). amaritudines IX 4, 2: *per amaritudinum terre-*

---

[1]) similiter nomina quaedam propria in singulari posita sunt collective pro plurali ut *Saxo:* VIII 9 c. 21 et 7, 369: *Saxona;* 7, 390: *Saxonis;* 7, 90: *Saxone;* his adde 5, 42 sqq.: *fert Indus ebur, Chaldaeus amomum, Assyrius gemmas. Ser vellera, tura Sabaeus — Phoenix palmas — Arcas equos — pecuaria Gallus, Arma Chalybs, frumenta Libys, Campanus Jacchum, Aurum Lydus, Arabs guttam* cett., ibid. 474 sqq. *Bastarna Suebus Pannonius Neurus Chunus Geta Dacus Halanus Bellonothus Rugus Burgundio Vesus Alites Bisalta Ostrogothus ... Sarmata Moschus;* 7, 83: *Sauromatem taceo ac Moschum;* ibid. 235 sqq.: *vincitur illic cursu Herulus, Chunus iaculis Francusque natatu, Sauromata clipeo, Salius pede, falce Gelonus,* denique 23, 243: *Chunus Sauromates Getes Gelonus* cett.; quae quanquam proprie huc non pertinent quoniam neque pluralia tantum neque defectiva sunt, tamen transeunda nobis visa non sunt.

narum calices (praeter locos Georgianos etiam Hieron. ep. 31, 1: *pascha Christi cum amaritudinibus manducatur* et adv. Jovin. II 37: *domini pascha cum amaritudinibus comeditur* et compluries). anxietates cuius pluralis ap. Gg. exemplum extat nullum IX 4, 3: *anxietatum pateras* (Hieron. adv. Helv. 20: *in partus anxietatibus*). appetitus VII 14, 6: *taceo de appetitibus inlecebrosis* (cfr. Naegelsbach l. l. p. 168). balatus VII 6, 3 et 5, 263: *balatibus* (Verg. Ov. Solin. Hygin.). beatitudines VII 6, 5: *praesentum futurarumque beatitudinum vicissitudinibus* (Aug. civ. D. XXI 17. Hieron. adv. Lucif. 22. id. in Is. I 2, 3). *caelorum opera facere* VI 12, 1: cuius nominis quanquam singularem tantum numerum ponendum esse Caesar docuisse fertur (Gell. XIX 8, 3), ap. Christianos tamen scriptores novi testamenti seu potius LXX illorum interpretum usum in Hebraeorum proprietate *(šamajim)* positum imitatos numerus plur. saepissime invenitur. Capitolia IX 16 c. 67: *de gradu summo Capitoliorum* de capitolio Romano et 23, 41: *capitoliis* de arcibus Narbonensibus (poett.). carnes IV 9, 3: *ferarum carnibus abstinet.* IV 24, 3: *nec ita carnibus abundans ut leguminibus* (Enn. ap. Prisc. Varr. ap. Non. Ov. Sen. Plin. Apul. Pallad.). conspectus IX 8, 2: *conspectibus mutuis frui* (Hieron. in Is. XVIII 65, 8: *omnia peccata illius suis patere conspectibus*). contractus sensu forensi *die Kontrakte* V 7, 4: *in contractibus trapezitae.* V 18, 1: *nostris nostrorumque contractibus* cett. (Gell. XX 1, 41). contrarietates IV 11, 3: *reluctantium syllogismorum contrarietatibus.* culpae II 1, 3: *veteres culpas.* III 9, 1: *pro culpis erubescere alienis.* VIII 14, 5: *culpas suas.* IX 3, 4: *a culpis peregrinari*; quod nomen grammatici singulare tantum esse docent quanquam iam ap. Cic. et praeter eum ap. Hor. Vitr. Apul. Arnob. Auson. pluralis invenitur. culturae IV 21, 5: *culturis* (meton. = *segetibus;* Salv. gub. D. VII 2). dicacitates 23, 440. excessus IV 3, 4: *voluptuosis excessibus* (= *egressionibus* cfr. Quint. III 9, 4). fatigationes I 8, 1: *fatigationum* (=*iocorum, σκωμμάτων*) *salibus admixtis.* flatus I 5, 8: *venenatis flatibus.* I 11, 5: *tribuniciis flatibus.* VI 2, 2: *saecularium versutiarum flatibus.* 5, 407: *flatibus* (poett. et poster.). fletus III 3, 5: *officiorum plausuum, fletuum gaudiorum.* VII 6, 3: *longis fletibus (fletuum* Salv. adv. avar. II 5. Hieron. ep. 122, 3 in. *fletibus* Ruric. II 26, 3). furores II 2, 8: *meros oculorum furores* (Cic. et all.). gazae 10, 4 et 22, 52: *gazis:* quanquam enim singularem tantum ponendum esse Servius

docet, tamen ap. omnium aetatum scriptores (Cic. Liv. Hor. Lucr. Val. Mar. Claud. Symm.) singulae huius nominis formae plur. leguntur. glacies: *glacierum* § 5 (Verg. Ge. 4, 517 *glacies Hyperboreae.* Vulg. Dan. III 70: *benedicite glacies et nives Domino*). hortatus VI 3, 1: *nullis hortatibus* (ap. Tac. Ov. Val. Fl. Sil. nom. plur. extat cfr. Georg., *hortatibus* Hieron. adv. Vigil. 2). languores VIII 10, 4: *meis medere languoribus* (Catull. 58, 14. Vulg. Jes. 53, 4. Aug. serm. 207, 1). latratus I 1, 4: *post lividorum latratuum Scyllas enavigatas.* VII 9, 8: *in quos linguarum ... latratus ... turbo (me) coniecerit.* VIII 6, 11: *crebris latratibus.* 7, 191: *latratibus* (Neue I 369 solius formae *latratibus* exempla attulit; de ceteris formis cfr. Georg.). maerores VI 2, 1: *maeroribus orbitatis.* VIII 9, 2: *ingenia maeroribus amiciuntur* (Cic. cett. cfr. Gg.). meatus II 2, 4: *flexilis plumbi meatibus* (Lucan. Tac. Mel. cett.). mella *blandimentorum* IX 11, 8 (Verg. Hor. Ov. Plin. Mai. et Min. Mel. August.). nexus II 2, 6 et III 3, 5 *nexibus* (cfr. Gg.). obloquia VII 9, 8: *in quas obloquiorum Scyllas* (Alcim. Avit. p. 80, 13 ed. Peip.; id. c. 4, 500). obsequia VII 2, 4: *grandaevos obsequiis, aequaevos officiis obligare.* — VIII 14, 8: *Megethius clericus vestri gerulus eloquii — quia tuorum apicum detulit munera meorum reportat obsequia* et IX 8, 1: *igitur affatu secundo vel potius benedictione donatus ipse quoque rependo alterum salve, obsequia combinans numeris aequata, non meritis* (de epistulis. — Planc. ap. Cic. Curt. Tac. Veget. Claud. Mam. Cassiod. alii alia signif. hoc plurali usi sunt). obtutus III 11, 1: *ut etiamnunc nostris invidearis obtutibus.* V 12, 1: *neque unquam patriae sollicitis offerris obtutibus.* VII 11, 1: *(literae sacrosanctis) inspicientur obtutibus* (locis Georgianis adde praeter hos Hieron. in Gal. III 5, 26: *hominum obtutibus*). otia V 7, 3. 5, 543 et 577. 7, 317 et 417. 16, 106 (saepe ap. vett. poett.). otiositates II 10, 3 (= fructus otii). passiones VII 6, 5: *variis passionum flagellis.* plausus attulimus maxime propter genet. plur. III 3, 5 (v. *fletus*) et VII 17, 3: *cum plausuum maximo accentu*: cuius alterum exemplum non invenimus. potestates abstr. pro concr. = ἀρχαὶ I 8, 2: *dormiunt potestates.* I 11, 6: *tribunal inlustrium potestatum.* VIII 12, 1: *attrahere te Burdigalam non potestates ... queant.* (Cic. Plin. Suet.) precatus III 3, 9: *si quid nostratium precatibus adquiescis.* IX 3, 4: *precatibus efficacissimis.* (Stat. Theb. X 71). recessus

VIII 9 c. 32: *imos Oceani colens recessus* (Liv. Vell.). rictus 7, 179 *rictibus* (Lucr. Ov.). rigòres 2, 411: *peregrinos rigores* (Plin. Lact. Scrib.). scurrilitates I 5, 10: *inter scurrilitates histrionicas.* Scyllae I 1, 4: *post lividorum latratuum Scyllas.* VII 9, 8: *in quas obloquiorum Scyllas* (Stat. Theb. 4, 533. cfr. Draeger[1]) I 10). securitates sensu forensi V 13, 4: *contra tributa (consule) securitatibus.* (cfr. Gg.). sensus = sententiae VII 6, 2: *quo polleas igne sensuum.* VII 18, 2: *sensuum structurarumque levitas.* VIII 10, 1: *flamma sensuum.* IX 2, 2: *gravidas spiritalium sensuum spicas* (Quint. et Vell.: ap. Cic. plural. al. signif.). silentia 5, 374. 15, 51 cett. (saepe ap. all. poett.). sinisteritates I 5, 1: *sinisteritatum suarum relationes.* Sphingae V 7, 5: *Sphingarum ungues* (Hyg. fab. 67. Isid. XII 2, 32 cfr. § 9 A). stercora VII 6, 3 (Col. et Lamprid.). substantiae V 7, 1: *auferre substantias* (= *rem familiarem;* id. plur. Salv. ep. IX 11). successus III 1, 3: *inusitato successuum genere;* Sirmond. *successionum.* sudores V 16, 2: *decessoris Anthemii fidem fratris tui sudoribus obligatam.* (Cels. Sen. Vitr. Amm. Ict.). superventus III 3, 7: *aliquot superventibus.* (Veget.) tractatus VII 6, 6: *tractatuum consiliorumque successum.* V 7, 4: *in tractatibus cocleae.* VII 9, 12: *in tractatibus otiosi.* (Quint. Plin. Min. Gell.; Hier. in Luc. hom. praef. *tractatibus*). turpitudines III 13, 1: *in appetendis garriendisque turpitudinibus.* (Cic. cett.). ululatus VII 6, 4: *suspiriosis ululatibus* (Verg. Ov. Catull. Liv. Apul. Lact.). vestes IX 9, 12: *pervetustarum vestium* (post Augusti aetatem) cett. —

Nomen *gingivae* cum apud Celsum et Plinium in utroque numero positum inveniatur ap. Sid. plurale tantum est III 13, 6: *os gingivis purulentum* et IV 13, 2: *incorruptae lactea dentium compage gingivae:* utroque loco de singulorum hominum gingivis.

Sequitur ut nominativi *portio* qui ap. vett. usitatus non fuit mentionem faciamus: qui legitur VII 4, 1: *sanctae communionis portio.* IX 3, 4: *ut portio nostra sit Dominus.* VII 17 c. 4: *dat partem regni portio martyrii.* 7, 157. 21, 4 (Cels. Curt. Plin. Mai. et Min. Quint. Juven. Justin. Veget. Ict. Symm.).

Astu (ἄστυ) denique quod nomen graecum in substantivorum

---

[1]) *Historische Syntax der lat. Sprache* ed. II.

defectivorum numero et Neue I 490 et Kuehner ampl. gramm. lat. I 338 reposuerunt recte falso eidem ap. Sid. (I 6) legi dixerunt.[1])

B. de adiectivis.

Quae sunt duo: *primoris cuius singularis ap. Sid. solus extat ablativus isque semper in *e* desinens: *primore loco* IV 9, 1. VII 9, 7. VIII 4, 1. *primore congressu* III 13, 11. VII 2, 1. *primore calculo* IX 3, 2. (Plin. Sil. Tac. Apul. Symm. *primori*; Liv. et Tert. *primore;* Gellius utraque forma usus est); pl. *primoribus* II 13, 1. VIII 6, 5. IX 9, 13. — *segrex: *segreges* masc. V 12, 1: *turbine dissidentium partium segreges facti* et IX 3, 1 fem.: *civitates quae multum situ segreges agunt.*

§ 9. De nominibus abundantibus.

A. de substantivis.

Huc referenda censuimus non modo ea substantiva quorum uterque numerus ap. Sid. extat ita tamen ut alter discrepet ab alterius flexione, verum etiam ea quorum una tantum flexio aut etiam forma invenitur dummodo a grammaticis abundantia dicantur. atque ad illum numerum maxime adscribendum sit nomen balnei cuius hae formae leguntur: *balineum* II 2, 4. *balnei* V 8, 2. plur. *balnea* I 8, 2. 22, 135. 23, 495; *balneas* II 9, 8. c. 22 ep. § 6: quae forma Ciceroniana est, cum pluralis neutraliter formatus quanquam ap. multos alios tamen ap. Cic. non inveniatur.[2]) ad quod accedunt nomina graeca: *Ismarus* 5, 493; plur. *Hismara* 23, 189 (Lucr. Verg. Prop.);[3]) *Dindyma* autem 9, 205 et 11, 121 plur. nom. neutr. *Dindymon* sit quod legitur 9, 118: *nec Fryx pastor erit tibi legendus, Decrescens cui Dindymon reciso Fertur vertice texuisse classem:* quo loco *Dindymon* nihil nisi nominativus esse potest (cfr. graece *τὸ Δίνδυμον* ap. Strab. et

---

[1]) huc referenda praeterea sunt ea vocabula quae § 4 asterisco vel cruce instructa sunt.

[2]) hoc exemplum attulisse sufficiat: nam cetera nomina abundantia quae huc pertinent ut *iocus* 9, 10. *iocos* 2, 42. 9, 213. *ioca* IV 4, 1. VIII 11, 3. *frenos* IX 6, 2. 5, 182. *frena* VII 7, 6. VIII 6, 9. IX 9, 8. 7, 398. *epulum* IV 15, 1. *epularum* III 13, 2. *epulas* II 9, 6. V 7, 4. V 14, 3. VIII 3, 5. 9, 114 — tritiora sunt quam in quibus moremur.

[3]) formarum pluralium *Gargara* 22, 174. *Maenala* 1, 15. *Pergama* 5, 451. 9, 124. 23, 299 formae sing. ap. Sid. nusquam extant.

Apoll. Rhod.); *elefas* 2, 55. *elefanta* 2, 374; *nigrantes elefanti* 22, 58; praeter *trapetas* 2, 107 et 15, 35 extat abl. *trapetis* 11, 118 et 23, 47 a *trapetus* vel *trapetum* ductus; praeter *tapetas* nihil huius nominis legitur; *carbasa* plur. bis 2, 537 et 22, 8; ex abl. autem sing. II 2, 2: *in carbaso* non licet colligere utrum nom. sing. in *us* desinat an in *um*.

Praeter *caepae* 12, 14 et *caeparum* IV 7, 2 — cuius nominis forma secundaria neutralis extitit — aliae formae non leguntur; *laurus* alteram solam declinationem sequitur ut 7, 11: *duplici lauro,* 22, 215: *lauri,* VIII 3, 3: *Pythicas lauros; aplustre* tertiam ut 5, 133: *in aplustri* et VIII 12, 5: *inter aplustria; colus* quartam 5, 313: *aurea colu* et 22, 197: *Syrias colus:* similiter *penus* quod nomen abundantissimum esse grammatici docent ut ap. plerosque alios ita ap. Sid. quartae tantum declinationis sit ut II 14, 2: *penu impleta*: namque et ceteros locos ut VIII 12, 6: *copiosissima penus*; 22, 219: *apotheca penusque;* VIII 4, 1: *super penum* huc referre licebit quoniam unus omnino extat locus quo hoc nomen haud dubie alterius declinationis est (cfr. Neue I 567).

Jugulos legitur 5, 411 a *iugulus* (Senec. Lucan. Stat. Juv.) pro *iugulum* (Cic. Cels. Plin.); *ostrea* VIII 12, 1 utrum sit nom. plur. neutr. an sing. fem. discerni nequit quanquam videtur esse pluralis; *tonitrus* acc. pl. 9, 86 (cfr. Neue I 350).

Nomina quaedam graeca proprie primae declinationis in tertiam abierunt ut *Amphitryoniades Niphates Orestes Sauromates: Amphitryoniadi* 15, 135 (*Amphitryoniaden* 13, 1); *Niphatis* IX 13 c. 2, 21 et 2, 444 *(Niphaten* 23, 94); *Orestem* VIII 16, 1 *(Orestae* 5, 288 et 24, 30); *Sauromatem* 7, 83 (*Sauromata* vel *Sarmata* compluries). saepissime enim, ut ait Charisius, huiuscemodi nomina et secundum tertiam prolata sunt declinationem, ut Orontes, Orontae et Orontis. (Neue I 335).

Praeter *Sphinx* fuit forma secundaria *Sphinga* prim. declin., hinc V 7, 5: *Sphingarum* (praeter locos § 8 A adlatos August. civ. D. 18, 13)[1]); praeter *hebdomas, adis* (II 9, 10: *hebdomadis exactae spatia)* iam ap. Gell. forma legitur *hebdomada*, hinc I 7, 12: *iudicio per hebdomadam duplicem comperendinato* (locis Georgianis ex libro Gölzeriano addendi sint loci Hieronymiani ep. 22, 7: *repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam.* ep. 100, 17:

---

[1]) cfr. Rönsch, *Itala und Vulgata* ed. II. Marpurg. 1875. p. 259.

hebdomadae dominicae passionis et alii); praeter *gluten* forma *glutinum* (cfr. Rönsch l. l. p. 260), hinc I 5, 6: *foraminato fundi glutino*; *cratera* II 9, 8: *craterae nimium immersae* forma iam ap. vett. usitatior fuit quam *crater;* de *Acincus Lirinus Lugdunus Tarentus* denique cfr. § 11 c.[1])

B. de adiectivis.

Adiectiva cum *animus* composita duo invenimus quorum unum alterius declinationis, alterum tertiae est: *unanimus* IV 11, 7: *super unanimi fratris ossa* et *pusillanimis* VII 17, 4: *illum... tamquam imperitum vel pusillanimem; infrenis* legitur III 13, 11: *lingua infrenis* et III 3, 7: *infrenes discursus:* quae eadem forma ap. Gell. Nemes. Amm. Claud. extat (*infrenus* ap. Col. et Stat., ap. Verg. utraque forma); pro *exos* Lucr. III 721 *exossis* VIII 16, 2: *dictio exossis tenera delumbis* (Apul.); pro *praecox* legitur *praecoquus* IX 14, 2: *sollicitudine prope praecoqua* aeque atque ap. Col. Tert. Auson. Pallad. Martial. —

Sublimis legitur I 9, 2. III 2, 3. III 7, 2. IV 20, 1. 24, 25 cett., nusquam *sublimus;* nec minus adiectiva cum *color* composita semper tertiae declinationis sunt ut *concolor* VII 7, 3. VII 17, 1. VIII 9 c. 33. 2, 334. 10, 6. 11, 106. 22, 73. *ostricolor* 5, 18. *versicolor* IV 20, 2. *multicoloribus* II 2, 6. IX 13 c. 1, 13. *bicoloribus* VIII 12, 5. *versicoloribus* 23, 427 cett.: quorum adiectivorum compluria ab Apul. Prudent. Mart. Cap. Frontone Gell. Vopisc. cett. in *orus* terminata sunt (cfr. Neue II 93).

Graecum adiectivum τρίχορδος evasit *trichordis* V 5, 3: *in citharis ... trichordibus* (Cassiod. de anim. 5) et τρίμετρος *trimetrius* IX 15 c. 6: *ut moram volucripes Habeat parumper insitam trimetria.* (Auson. epp. XVI 2, 78); contra *multimeter* VIII 11, 5. *centimeter* 9, 264. *bimetra arte* IX 13c. 2, 89. *literas bimetras* IX 15, 1.

§ 10. De nominibus indeclinabilibus.

De quibus disserere supersedimus: namque praeter *macte* I 4, 1 et VIII 7, 3, *potis* IV 18 c. 13: *quae Salomoniaco potis est confligere templo, necesse* (*est* vel *habeo* quae utraque locutio saepe

[1]) Accusativus *Arelatem* qui ap. Sirmond. legitur I 11, 7 et V 20, 4 ab *Arelas, atis* ductus — quam formam legi Auson. ep. 25, 81. et Prudent. perist. 4, 35 Georges dicit — ap. Luetioh. iam mutatus est utroque loco in *Arelate.*

invenitur) denique *volupe* II 2, 14: *hic iam quam volupe auribus insonare cicadas meridie concrepantes* nomina maxime huc pertinent bibliaca de quibus § 7 iam exposuimus. —

§ 11. De generibus nominum.

A. nominum latinorum.

Communis generis unum est nomen *dies:* quod quidem plerumque gen. masc. ut III 7, 4: *dies ninguidus* et I 8, 1: *diem quereris nobis matutina caligine obstructum,* sed semel etiam fem. est 11, 9: *collecta dies* (saepe ap. all. poett. quanquam non significat diem statam).

Duplex forma extat nominis *simia: simius* de animali illo et *simia* de homine imitatore VII 14, 6: *praeferunt gustandi discretionem: tamquam non plurimum hinc † nosse cedamus simio* et I 1, 2: *illum — ceteri quique Frontonianorum — oratorum simiam nuncupaverunt:* quibuscum cfr. Plin. epp. I 5, 2: *Rusticum insectatur atque etiam Stoicorum simiam appellat.*

Alia animalium nomina quae proprie communis generis sunt ap. Sid. unius generis aut masc. aut fem. sunt ut *damma* masc. VIII 6, 11: *dammas in fugam pronos* (masc. Verg. ecl. 8, 28. Stat. Ach. 2, 408; ap. cett. fem.). *sus* masc. VII 14, 6 et 5, 90: *sus hispidus.* VII 17 c. 20: *lanigero de sue.* 13, 8: *feri suis. boves* fem. 9, 98: *boves Hiberae.* 13, 10: *directas boves* (saepe ap. poett.). *tigris* fem. IX 9, 7: *tigris orbata* et 22, 23: *capistratas cogebat ad esseda tigres* (poett.).

Unius generis ex aliorum numero quae aut a grammaticis communia dicuntur aut ab aliis scriptoribus nonnunquam alteri generi attribuuntur nomina sunt haec: linter fem. 5, 398: *lintre cavata.* 5, 283: *lintris* (cfr. § 3 A) *texta.* margo masc. I 11, 10: *margine in dextro.* III 13, 6: *per marginem curvum.* VIII 1, 1: *marginis sui.* 11, 102: *perspicuo margine.* 22, 205: *margine summo.* obex fem. III 4, 1: *quasi quandam sui limitis obicem.* VII 1, 1: *de nostra obice.* 2, 498: *cerea obex.* pampinus fem. V 17, 4: *pampinus superducta* (masc. ap. Cic. Col. all., fem. ap. Lucil. (sat. rell.) Varr. ap. Serv. Verg. ecl. 7, 58. Claud. laud. Stilich. 3, 366. epithal. Pall. et Cel. 5). rubus masc. IV 13, 4: *rubo similis quem...medium...*cett. (fem. Prud. cath. V 31. apoth. 56. 70; masc.

Caes. cett.). scrobis[1]) fem. II 9, 8: *vicina scrobis.* III 12, 4: *nullam scrobem.* silex fem. 11, 27: *exterior non compta silex* et 5, 51: *accensam silicem* (fem. Verg. A. 6, 471. Ov. met. 9, 614. Amm. IX 5, 18. Apul. met. 6, 26, masc. ap. Cic. et all.). vepres masc. VII 6, 8: *hispidorum veprium* et 5, 94: *per obiectos vepres* (fem. ap. Lucr., ap. all. semper masc.). penus postremo eis quidem locis quibus ex additis adiectivis genus discerni potest semper fem. (cfr. § 9 A).

Veternum denique (= *veternus, ληθαργία*) gen. neutr. est 7, 596: *ac turpe veternum Depone:* cuius usus Georges mentionem non facit.

B. nominum graecorum.

barbitus gen. masc. 16, 70: *barbitus hic noster* (Hor. carm. I 32, 4; fem. Pseudo-Ov. epp. XV 8: *non facit ad lacrimas barbitos ulla meas*). caminus quanquam graece ἡ κάμινος masc. 16, 24: *combusto — camino* (Cic. et all.), denique tiara, non tiaras[2]) (ὁ τιήρης Herod., ἡ τιάρα Plat. et Xenoph.) masc. 23, 254: *lunatum tiaram* et 7, 99: *positoque tiara.* atomus autem ut ap. bonos scriptores sic ap. Sid. fem. gen. est: namque IX 11, 9 non iam legitur *per atomos bibulos* (Sirm.), sed *per atomos bibulas.*

C. nominum propriorum.

Nomina urbium et villarum in *us* exeuntia gen. fem. sunt ut *Burgum tuam — meam feci* c. 22 praef. § 3; *tua Taionnacus* VIII 8, 1; *Avitacum nostram* 18, 1; *Lugdunum tuam* 5, 576: quem accusativum a *Lugdunus* (Amm. XV 11, 11. id. XVI 11, 4: *Lugdunum incautam*), non a forma haud dubie neutrali *Lugdunum* ducendum esse apparet (cfr. Neue I 634); similiter *Acincus Tarentus Lirinus* 5, 107: *fertur Pannoniae qua Martia pollet Acincus* (*Acincum* Amm. XXX 5, 13. Anton. itin.); 5, 430: *uncta Tarentus* (cfr. Gg.); 16, 104: *seu te Lirinus priscum complexa parentem est* (pro *Lerina* Plin. vel *Lirinum* eccl.). sed *Narbo* et *Marathon* perinde atque ap. plerosque vett. gen. masc. ut c. 22 praef. § 1: *apud Narbonem quondam Martium dictum sed nuper factum;* 7, 475: *Narbonem tabe solutum;* 23, 37 sq.

---

[1]) sic Luetioh., Sirm. II 9, 8: *scrobs.*

[2]) ex accusativo *tiaram* 23, 254 et 2, 51 patet nominativum non in *as* sed in *a* exeuntem positum esse (cfr. Neue I 31).

Narbo — *bonus videri* (graece ἡ Ναρβών, hinc fem. ap. Mart.); denique 6, 3: *per Mopsopium Marathonem* (fem. Ov. met. VII 434).

§ 12. De adverbiis.[1])

Hanc observationum nostrarum partem brevi poteramus absolvere si ea sola adverbia enumerare proposuissemus quae aliqua anomalia ut graeco utamur vocabulo insignia sunt: quae perpauca sunt ac paene nulla. sed ut demonstraremus quanta adverbiorum copia evanescentis latinitatis scriptores prae veteribus abundarent, et ea adverbia quae legibus prorsus convenienter formata sunt afferenda censuimus. incipiendum autem nobis visum est

a) ab adverbiis in *e* exeuntibus.[2]) consolatorie VI 9, 1. disputatorie IX 9, 10. exacte IV 22, 6. VII 9, 2. IX 16, 1. fabre VIII 4, 1. *fabrefactus* II 2, 5. factiose IV 24, 4. figurate V 17, 11. gratiose V 15, 1. imaginarie II 10, 4. incongrue IV 14, 3 (Hieron. in Ezech. hom. IV 8). increpative VI 9, 1 (*Eccl.* Georg.; addendus sit locus Acr. ad Hor. epp. II 2, 154). indiscrete 16, 62. infructuose IV 22, 5. insultatorie I 7, 2. parabolice V 17, 11. pompose IX 9, 10. praesumptiose VII 6, 1. semiplene IV 22, 5. temerarie ibid. voluptuose V 20, 4.

b) sequuntur adverbia in *ter* desinentia. aequanimiter III 9, 2. IV 12, 4. VII 4, 3. VII 14, 1. (cfr. Paucker suppl. lexx. latt. Berol. 1884 p. 17). ambienter VII 9, 3. aspernanter VII 2, 4. VII 9, 3. (Rönsch 153). audenter VIII 16, 5 (saepe Hieron. ut in Ezech. hom. 11: *et forte audenter promittimus quod non valemus implere).* aventer II 2, 2. causaliter IX 11, 6. comissaliter I 5, 3. competenter II 9, 6. II 11, 2. V 5, 2. V 17, 1. VI 1, 5. VIII 3, 4. IX 15 c. 18. coniecturaliter VIII 11, 10. (Grom. Prisc. praeex. 6, 16 cfr. Paucker suppl. 121). decemviraliter VIII 6, 7. dignanter IV 7, 2. VI 3, 2. VII 16, 2 (cfr. Pauck. suppl. 202). ducaliter V 13, 1. eloquenter V 5, 2 (Hier. de vir. ill. 5: *ut ea quae*

---

[1]) cfr. Kretschmann II 13.

[2]) quorum adverbiorum longe plurima ap. alios quoque scriptores legi Georges locis adlatis demonstravit. nos igitur Sidonianis quibusque locis eorum tantum scriptorum locos adiecimus qui ap. Gg. commemorati non sunt.

eloquenter scripta fuerant in Hebraeo, eloquentius verterentur in Graecum). extemporaliter IX 14, 3.[1]) figuraliter VIII 14, 7 (Hieron. in Is. X 351 in Naum. I 4. de vir. ill. 8. — adiectivum *figuralis* cuius Georges mentionem non facit ap. Rufin. et Cassian. legitur cfr. Paucker suppl.). fundamentaliter III 8, 2. granditer saepe. gratanter VI 2, 1 (Hier. c. Pelag. I 29. in Ezech. hom. III 3. Cassiod. instit. div. 23. var. VI 3. Lucif. Calarit. ed. Hartel 299, 31. 312, 12). iactanter IV 22, 5. IX 13, 4 (Hieron. ep. 112, 11. Ennod. v. Epiph. p. 365 Sirm.). incessanter VIII 11, 8 (*incessans* anon. in Job. II p. 131). inciviliter III 8, 2. incomparabiliter VI 4, 1. indecenter III 13, 2. IX 2, 3. indesinenter I 8, 2. III 3, 8. IV 11, 1. VI 12, 3 (cfr. Rönsch 151). indifferenter VII 14, 6. inprobabiliter I 11, 13. invectivaliter I 11, 2. iocalariter I 2, 7: quo loco olim *ioculanter* lectum est. VII 7, 1. iudicialiter V 15, 1. VII 14, 4. (Claud. Mam. ed. Engelbr. 31, 1: *adficiens salubriter aliqua, iudicialiter aliqua adfici sinens.* Cassiod.). latialiter IV 3, 1. latiariter 23, 235. materialiter VIII 11, 4. moraliter IX 9, 10 (Hier. in Eph. II 4, 25). multipliciter VII 9, 20. municipaliter I 11, 5. oculariter VII 14, 4. perenniter VII 9, 22. pervicaciter VII 14, 2. poenaliter VIII 14, 5. potentialiter VII 14, 9 (Claud. Mam. ed. Engelbr. 91, 7: *adtende radium illic ubi localiter non est potentialiter circulum figurare:* ex quo loco perinde atque ex Sid. apparet significationem ap. Gg. huic adverbio attributam *kräftig, nach Vermögen* non quadrare). principaliter III 3, 3. V 7, 7. VII 17, 1. IX 12, 1. proverbialiter II 6, 1. VII 9, 19. qualiter I 5, 1. II 3, 1. II 5, 2. IV 14, 2. VII 6, 2. VII 14, 9. regulariter c. 14 ep. § 4. rusticanter IX 3, 6. sermocinanter VIII 6, 13. specialiter c. 14 ep. § 1. spiritaliter VIII 14, 4 (Tert. bapt. 4. Vulg. Cor. I 2, 16. Hier. saepe ut in Is. I 2, 4: *quod et spiritaliter intelligi potest.* I 1, 1: *quae sic interpretantur spiritaliter.* Cassiod. var. XI 2). spontaliter VIII 9, 2. sufficienter II 1, 2. IX 14, 6 (Hieron. ep. 123, 6: *sufficienter eis tribuere*). taliter IX 14, 2. trebaciter IX 11, 4. trepidanter II 10, 3. 23, 303. umbratiliter II 10, 4. valenter I 9, 3.

---

[1]) Gg. per errorem *VII 14.*

c) exeuntia in *tim (sim)*. angulatim VII 9, 3. caesuratim IV 3, 3. cancellatim V 17, 4. cavernatim V 14, 1. coactim IX 16, 2. cocleatim IV 15, 3. cunctim VIII 6, 6. emicatim II 13, 8. indefessim III 2, 4. nuncupatim VII 9, 13. IX 16 c. 81. punctim III 3, 5. salebratim II 2, 17. trochleatim V 17. 8. tumultuatim I 5, 4. IV 11, 2. VIII 6, 6. ubertim IV 23, 1. universatim VIII 2, 2.

d) in *tus*. caelitus III 1, 3. VII 1, 3. VIII 15, 1 (Apul. Cypr. Lact. Hier. v. Paul. 3. Rufin. saepe ut Origen. in Levit. hom. VII 4). cordacitus (non *cordicitus* cfr. Engelbr. l. l. p. 466) IV 6, 1 (*cordax* = *cordatus* Claud. Mam. ed. Engelbr. 171, 22: *cordax quippe iudex rite victum censet qui pro sui inbecillitate par victis est*). medullitus VIII 7, 4. naturalitus VIII 1, 2. IX 11, 2. stirpitus I 2, 2 (iam Cic.)

e) adverbia composita. aliquantisper IV 3, 10. V 6, 1. altrinsecus VIII 11, 1. econtra 5, 200 (Rönsch p. 233). forinsecus I 2, 4. I 9, 3. III 1, 2. VII 14, 9. inpraesentiarum II 3, 1. III 6, 1. IV 3, 1. V 9, 1. VII 9, 15. VIII 9, 3. IX 9, 6. intrinsecus I 11, 12. II 2, 10. VI 9, 2. VII 14, 9. nullatenus c. 14 ep. §2. posthinc 22, 200 sec. Augustum Engelbrecht (l. l. p. 523: qui hoc adverbium praeter locum Sidonianum legi dicit ap. Claud. Mam. et Alcim. Avit.). qualitercumque VIII 5, 2. IX 2, 3. quaquaversum IX 3, 3. summotenus IV 9, 5. undecumque V 21. usquequaque II 10, 1. IX 3, 7. IX 15 c. 41 (Rönsch 230). — ambifariam IV 3, 10. IX 11, 2. omnifariam IV 1, 2. plurifariam IX 3, 5. quadrifariam II 2, 5.

f) adverbium deminutivum: pauxillulum I 5, 9. II 9, 8. VIII 3, 3 [1]) (Hier. ep. 66, 10. cetera autem exempla Hieronymiana v. Malch. 3: *pauxillulum nescio quid portans viatici* et vit. Hilar. 37: *pauxillulum panis emebant* num recte huc retulerit Gölzer p. 203, vehementer dubitamus).

Duorum denique adiectivorum tertiae decl. adverbia in *e* exeunt: difficile II 7, 1. III 3, 3. VII 14, 2. VIII 4, 1. IX 1, 5. IX 2, 1 (cfr. Neue II 658), quanquam et difficulter extat IV 6, 2 et VIII 11, 8, et immane II 2, 16 (turgescere). III 3, 1. VI 9, 3 (dominari). VI 7, 2 (pollere). IX 3, 5 (suspicere) (Verg. et Claud.).

---

[1]) minus recte Georg. *VIII 9*.

§ 13. De comparatione.

Haud pauci comparativi et superlativi ap. Sid. inveniuntur qui cum apud plerosque veterum tum maxime ap. Cic. praeter epp. et Caesarem aut rari aut inusitati sunt. ex quo numero hos potissimum afferendos censuimus:

a) comparativos et superlativos adiectivorum adverbiorumque inde ductorum. aequissime V 11, 2 *(iudicare)*. affectuosissime IV 11, 5 *(observare)*. *amabilius* II 13, 1. V 20, 3. *antiquius* IV 22, 6 (*scribere*). *ambitiosissime* V 17, 5 *(audiri)*. *aptius* IX 15 c. 19. bibacius neutr. VIII 3, 2: *duae quaepiam Getides anus quibus nil umquam litigiosius bibacius vomacius erit (bibax* 7, 94. Gell. III 12: *bibendi avidum P. Nigidius in commentariis grammaticis bibacem et bibosum dicit. bibacem ego ut edacem a plerisque aliis dictum lego)*. *capacior* c. 22 ep. § 5: *pateris capacioribus*. *capacissimus* III 3, 5. V 9, 1. *celsius* IV 22, 6 (*scribere*). compendiosius VII 10, 2 *(intimare)*. conducibilius neutr. I 5, 10. VI 1, 2. adv. VIII 13, 4. consiliosior VII 9, 18: *tractatu cosiliosiore*. superl. I 1, 1: *sicuti es* — consiliosissimus. *cruentior* V 7, 6. *deformior* III 3, 7: *consilio deformiore*. III 13, 5. despicabilior II 10, 4. *dexterior* I 5, 5 *(cursu dexteriore)*. 23, 366: *dexteriore concitatu*. 24, 20: *dexteriora arva.*[1]) diuturnius II 14, 1: *morari*. VIII 3, 1: *elaborari*. IX 9, 9: *expectatione pendere*. *divitissimus* IV 3, 2 iam ap. Cic. legitur ita ut non sit cur Baretus p. 111 hoc exemplum prae ceteris presserit. ducalius VIII 6, 1 *(administrare)*. *efficacius* neutr. III 1, 1. adv. IX 15 c. 43. *efficacissime* V 11, 2 *(venari)*. VIII 13, 4 *(commendare)*. *efficacissimus* III 8, 1 *(vir)*. IX 3, 4 *(precatibus)*. execrabilior III 13, 9. *exilius* IV 22, 1 *(honorari)*. IX 13, 5 *(dicere)*. *facetissime* V 11, 2 *(iocari)*. *facinorosior* III 13, 4. fructuosius VIII 6, 12 *(circumvenire)*. *generosior* III 10, 1. neutr. VIII 7, 3. *illiteratissimus* IV 3, 10 (cfr. Geisler l. l. 61). *impatientius* V 16, 4 *(praestolari)*. *imperiosissimus* IV 18, 4. *incautissimus* VIII 11, 4. (*incautior* I 7, 1. *incautius* 23, 405). *indecentissimus* IX 1, 2 *(i—um*

---

[1]) cfr. Wölfflin, *Lateinische und romanische Komparation*, Erlang. 1879 p. 43 qui praeter multos aliorum locos locum Sid. attulit unum I 5.

est). infantissimus VIII 6, 3. IX 3, 6: quos locos Neue II 134 omisit. infructuosius I 9, 4 *(aperiri). iniuriosius* neutr. IX 9, 3. *innocentior* 23, 280. *inquietissimus* II 13, 2 *(famulatus). iunior = minor natu* saepe. litigiosius vid. *bibacius. meracius* IV 1, 1 *(amare).* meracissimus III 10, 1: *meracissimum fontem.* (Hier. in Js. VIII 27, 2: *calicem meracissimum.* Ruric. ep. I 16, 2: *meracissima dilectione*). misericordissimus VIII 6 11 *(canibus m—is). mobilius* IX 13 c. 1, 4. nobilius IX 9, 13 *(philosophari). numerosior* I 1, 4. IV 3, 10. *numerosissimus* VII 9, 2. *officiosissime* II 12, 3 *(occidere). operosissimus* IX 9, 10 *(opus o—um).* opportunius[1]) IV 17, 3: *multo opportunius tibi interrogantur incliti Galliarum patres et protomystae.* IX 13, 5: *tu vero tunc opportunius subiecta laudabis. otiosior* 23, 512. *pertinacius* II 13, 1. petulantior IX 16 c. 51: *cantu petulantiore. piissimus* III 3, 6: *piissimus publici amoris interpres:* qua forma quod usus sit Antonium a Cicerone vituperari constat (Phil. XIII 19, 43): sed ipse Cicero eam usurpasse a Pompeio (comment. Donat. p. 132/154) insimulatur. quae res utcunque se habet, illum superlativum ex argentea literarum aetate percrebrescere coepisse constat (Neue II 113 sq.). plausibilius VIII 10, 3[2]): *amplum plausibilius manifestat ingenium magnus orator. pretiosior* II 10, 6. VI 9, 2 (neutr.). 5, 121. 23, 61. *profundius* II 2, 14 *(confovere soporem).* propudiosissimus IX 6, 1. *pudicissimus* VII 13, 5: *illam delicatae mentis pudicissimam teneritudinem iucunda similitudine exscripsit.* (Hier. ep. 118, 2: *pudicissimam et fidissimam...Faustinam.* id. adv. Jov. I 30: *turtur avis pudicissima.*) *putidior* III 13, 4. salebrosissimus c. 14 ep. § 1: *per salebrosissimas regiones. scrupulosior* II 2, 20: *paulo scr. epistula.* securissimus VIII 11, 4. *senior = maior natu* saepe. sincerissime V 11, 2 *(suadere).* socordior V 7, 6. *spatiosior* 9, 93. *sublimior* III 7, 2. *sumptuosior* V 7, 6. *taciturnior* VIII 6, 9. *tempestivius* c. 22 ep. § 5. temulentior III 13, 4. *tepidius* IX 13, 3. trebacissimus *(senex)* I 11, 12. tribulosissimus I 7, 6: *ipsam illam dissimulationem tribulosissimam fore. truculentior* V 7, 6. VIII 6, 13. 5, 486. 7, 251. turbulentissime II 13, 5. *vicinior* III 6, 2. victoriosissimus

---

[1]) cuius comparativi Georg. exemplum non attulit.
[2]) minus recte Gg. *VIII* ***18.***

V 6, 2. *violentior* IX 11, 9. *violentius* IV 24, 2. VIII 9, 4. *vocalissimus* VIII 9, 5. voluptuosius I 9, 7. II 10, 5. VII 13, 4[1]). voluptuosissimus II 9, 1 *(vol. tempus)* IV 11, 2: *voluptuosissimum reputans.* vomacius v. *bibacius.*

b) participiorum et adiectivorum participialium adverbiorumque inde ductorum: *absolutius* IV 12, 1. IX 15 c. 12. compertissimus VII 18, 3: *compertissimum tenens bipartitam super his moribus hominum esse censuram.* competentius VII 14, 5: *(velocitas) competentius canibus adscribitur* (Hier. ep. 65, 4: *competentius disputatur.* in Agg. I 5 sq. *in Jeremia competentius dissereretur).* competentissimus VII 9, 15: *virum... competentissimum.*[2]) conclamatissimus II 2, 12: *si tibi ex illo conclamatissimo fontium decocta referatur.* VI 1, 3: *te conclamatissimum primipilarem.* VIII 3, 3: *sepone pauxillulum conclamatissimas declamationes.* congruentius II 2, 12. VII 12, 4. VII 14, 5. *consummatissimus* IV 17, 3. V 1, 1. VII 2, 1. VIII 15, 1. continuatissimus VIII 3, 4: *c—is curis.* *convenientissimus* V 1, 1. *cultior* II 13, 7. IV 10, 2. *cumulatissimus* II 10, 1: quem superlativum Neue II 119 in eorum numero reposuit qui crebriores sint locis non additis: nos autem in lexx. duos tantum locos invenimus: Plaut. aul. 826 et Nazar. in Const. 29, 3. decentissime[3]) VIII 6, 10. IX 14, 3. *desideratissimus* IV 11, 7. *devinctior* V 11, 1 (superl. cuius Georges exemplum non attulit ter ap. Faustum legitur). *dilectissimus* VII 9, 5. IX 6, 1. discrepantissimus IX 16, 3. dispositissime V 11, 2 *(aedificare).* *eloquentissime* IX 9, 10. eminentius I 11, 5. *eminentior* (Caes.) compluries; *eminentissimus* IX 3, 5. exactius c. 22 ep. § 2.[4]) *exactissime* V 11, 2. *exactissimus* III 11, 1. VII 8, 3. fastigatissimus I 9, 2. II 4, 1. VIII 13, 2. *ferventissimus* IX 9, 4. figuratius V 8, 2. fragrantissimus VIII 14, 4 (*fraglantissimus* sec. Engelbr. l. l. p. 513). *iactantior* V 7, 6. *indulgentissimus* V 16, 5. (*indulgentior* VIII 9, 4 Cic.). *minutior* IV 3, 8. *modulatior* VIII 9, 4. *obtusior* VII 12, 2. *ordinatissimus* IX 7, 4. *patentissimus* III 3, 4. *perseverantissime* V 10, 2. *ponderatior* VIII 6, 4. *por-*

---

[1]) Georg. minus recte *VII 25.*

[2]) Georg. omisso superlativo: *competens, adiect. partic. mit Komparativ.*

[3]) Gg. omisso superlativo: *decenter, adv. mit Komparativ.*

[4]) cuius comparativi exemplum ap. Gg. non extat.

rectior II 11, 1. praeiudicatissimus c. 22 ep. § 6. *purgatissimus* VIII 14, 6. reverendissimus V 14, 2.[1]) *sacratissimus* VII 6, 10. IX 9, 1. (Hieron. ep. 54, 3: *in fine sacratissimae visionis.* ep. 126, 3: *sacratissimi et inexplicabilis templi aedificatio.)* *secretior* I 7, 6, *servantissimus* II 3, 1. sordidatissimus III 13, 11. stipatissimus III 2, 1. strictius 5, 243. succinctius I 9, 2. *tolerantius* neutr. VIII 5, 2. unctissimus II 9, 10 *(unctius* neutr. IV 24, 3 Cic.)

c) adverbiorum et praepositionum: anterior VIII 1, 2. VIII 4, 3. 7, 12. anterius II 9, 3. II 13, 4. IV 24, 3. IX 11, 3. 15, 81. postumus = *postremus,* non *post patrem mortuum natus* IV 22, 4. VIII 5, 2. III 12 c. 3. 7, 160. — penitissime IV 9, 1: *actiones eius cotidianas penitissime et veluti ex otio inspexi* et VIII 3, 3: *carminum modos tibi uni tantum penitissime familiares* ac penitissimus I 5, 8: *penitissimum cordis medullarumque secretum* et 23, 245: *penitissimas paludes;* namque *penitus* primum apud Plautum (Asin. I, 1, 28: *ex penitis faucibus),* deinde ap. Apuleium (met. *penita scaturigine, penita mente)* pro adiectivo positum atque ab eo aliisque qui nescio an eius vestigia presserint comparatum est (cfr. Neue II 686 sq.).

Huc accedunt comparativi quidam deminutivi qui in poetarum comicorum et Apulei imitatione positi videntur: *ampliuscule* VIII 16, 3. *longiuscule* VIII 11, 14, denique *plusculum* III 3, 9. IV 16, 2. VII 17, 4. IX 15, 1. c. 22 praef. § 1.

Haud raro extant ap. Sid. comparativi formati eum in modum ut adiectivorum quorumque vel participiorum positivis adiuncta sit vocula *plus*: cuius formationis seu potius circumlocutionis exempla inveniuntur non modo in carmm. in quibus illum metro compulsum esse putaveris ut *plus* poneret pro *magis* vel pro comparativi formis legitimis, verum etiam in epp. ut VII 17 c. 14: *est tibi delatus plus onerosus honor.* VIII 11 c. 54: *plus illis ego barbarus susurrem.* 2, 33: *plus pretiosa, quod extas imperii genetrix.* 5, 78: *plus felix.* 5, 137: *plus calens.* 5, 229: *plus ardens.* 7, 44: *plus notus.* 7, 98: *plus potens.* 7, 59: *plus secura.* 9, 215: *plus graves camenas.* 22, 116: *plus celsos.* 22, 226: *plus locuples.* 23, 203: *plus grave fulmen.* III 13, 2: *indecenter affectato lepore*

---

[1]) Luetioh. „*reverendissimo* scripsi, *reverentissimo* LMTCFP“: quae codd. scriptura nescio an recta sit.

plus rusticus. ibid. § 4: *faeculentia cloacalis quo plus commota plus foetida est.* IV 3, 9: *de bono oratore nil amplius habeo quam quod malus poeta esse plus coepi (= deterior).* VI 4, 3: *utramque facere plus securam.* VIII 6, 15: *plus ob hoc tristi quod superstitioso ritu.* VIII 9, 4: *chorda lyrica quo plus torta plus musica est.* VIII 11, 8: *fatigabat libenter quodque plus dulce libentius fatigabatur.* IX 11, 3: ... *si quid perperam fiat, minus indulgeant plus amici* cett. ex quibus exemplis hac comparandi ratione Sid. non modo usum esse patet cum *magis* facile liceret ponere ut VIII 9, 4 verum etiam cum formae comparativorum legitimae iam ap. superiores scriptores extarent (ut *commotior* Cic., *foetidior* Cels., *rusticior* Sen., *securior* Tac. cett.). qui mos *plus* pro *magis* adiectivis apponendi quin ex sermone vulgari ex quo Francogallorum comparandi ratio nata est repetitus sit non dubium nobis videtur et ap. ceteros quoque scriptores Gallicos exempla inveniri pro certo habemus: sed remoti a literarum gymnasiis academiarumque bibliothecis neque Salviani neque aliorum libros inspicere potuimus ita ut locos afferre nobis non liceret. ceterum apud aliarum regionum scriptores posteriores illa comparatio haud ita usitata videtur fuisse: namque et H. Gölzer ex Hieron. libris exemplum adfert unum ep. 22, 27: *nec satis religiosa velis videri nec plus humilis quam necesse est* et Carolus Sittl libri cui inscribitur *die lokalen Verschiedenheiten der lateinischen Sprache*[1]) ab Afris perraro *plus* positum esse in adiectivis comparandis dicit.[2])

Magis autem ut ne hoc quidem transeamus multo rarius in comparativis efficiendis a Sid. usurpatum est quam *plus* ut I 11, 3: *saepe cives magis amicos peregrinatio facit.* IV 7, 2; *magis otiose.* IX 15, 2: *quo queam fieri magis obsequens.* 22, 182: *pars est apta magis.* ib. 196: *magis illustris.* 23, 84: *magis decorus:* saepe autem in eandem abiit significationem ac *potius* (cfr. § 22).

In superlativis aut elativis formandis seu potius circumscribendis Sid. adverbiis usus est: *bene granditer maxime multum oppido penitissime perquam* ut II 2, 10: *membrum bene frigidum;* ibid. § 12: *tibi granditer abstemio.* III 4, 1: *granditer anxius.*

[1]) Erlang. 1882. p. 75.

[2]) Wölfflin l. l. p. 29 exempla attulit haec: Tert. de spect. 27: *plus miser.* Nemes. ecl. 4, 72: *plus formosus.* Anthim. § 36: *plus congruus.*

VII 2, 3: *granditer frugi.* IX 9, 1: *votivum granditer ac peroptatum.* I 9, 3: *longe dispares spes et spiritus.* II 12, 1: *gubernatorem longe peritum.* IV 22, 4: *nostra longe condicio dispar.* VII 9, 6: *longe diversa condicio.* II 2, 13: *deversorium maxime aestivum.* VIII 11, 10: *maxume falsa.* IV 24, 3: *multum dissimilis.* IX 3, 1: *civitates quae multum situ segreges agunt.* VIII 11, 5: *versus oppido exactos.* IX 7, 1: *oppido gloriabundus.* VIII 3, 3: *carminum modos tibi..penitissime familiares.* I 1, 3: *perquam haesitabundos.* VI 12, 8: *uberes perquam gratias.* comparativorum vim auxit appositis particulis: *longe multo multum satis* ut III 1, 2: *longe praestantior eminentiorque.* VIII 13, 2: *ut longe inferiorem decet.* 22, 184: *longe altior amnis.* II 12, 1: *multo validiora maeroris retia.* IV 17, 3: *multo opportunius.* VII 6, 7: *multo maior numerus.* IX 9, 3: *multo iniuriosius.* IV 18, 4: *basilicam multum*[1]) *priore capaciorem novavit.* II 13, 2: *hoc ipso satis miseriores:* superlativorum autem vim advv. *omnino perquam sat* ut IX 16, 3: *res omnino discrepantissimas* (iam Cic. cfr. Georg. i. v.). IX 11, 8: *foedissimum perquam est.* IX 16, 3: *virum sat benignissimum.* superlativus enim Sid. aetate propria vi amissa iam proxime accesserat ad positivi simplicis potestatem: quamobrem nonnunquam complurium adiectivorum ad idem nomen pertinentium unum in positivo alterum in superlativo positum invenitur ut IX 9, 3: *legimus opus operossimum multiplex acre sublime* vel superlativum comparativus subsequitur ut IX 3, 7: *ridebis plurima (= multa), plura culpabis.*[2]) nec mirabilis denique est locutio *mage proximus* 22, 114 quia *proximus* iam Senecae aetate propriae potestatis iacturam fecerat ita ut ille scriberet ep. 108, 16: *proximiorem modum:* qui comparativus apud posteriores (Ict. cett.) haud infrequens est (cfr. Rönsch p. 278).

§ 14. De declinatione verborum.

Praeter *exarmarier* 11, 104, *fuat* II 2, 17. VIII 3, 6. IX 7, 1, *polibat* 23, 131 memoranda maxime censuimus haec participia:

cariturus IV 10, 2: *formulas editione carituras.* ebibitus 9, 42 sq. *atque hunc fluminibus satis profundis Confestim ebibitis*

---

[1]) semel etiam Cic. de or. III 24, 92: *non multum est maius:* quanquam haec scriptura num recta sit dubitatur.

[2]) cfr. Wölfflin l. l. p. 54 sqq. et ed. Luetioh. p 472[b].

adhuc sitisse. pro *bibitor Araricus* autem I 8, 1 iam legitur: *perr«aro» Arari«s potor».* elicitus II 2, 8: *fluvium de supercilio montis elicitum.* (*elicitor* Ruric. epp. I 3, 5: *te elicitorem et formatorem lapillorum nobilium, te rimatorem auri, te repertorem aquae latentis elegi).* epotaturus I 5, 9: *etiam naumachias videbar epotaturus.* excubaturus I 2, 9: *usque ad tempus concubiae noctis excubaturus.* incubaturus I 11, 1: *huic eram themati scilicet incubaturus?* intonaturus IX 14, 8: *fragoribus intonaturis.* meminens II 10, 5: *sisque oppido meminens.* IV 3, 10: *mei meminens.* IV 12, 1: *naturae meminens.* VI 3, 1: *non ego tamen tantum mei meminens non sum.* VII 6, 3: *neque ego ita mei meminens non sum.* nasciturus III 3, 1. orditus II 9, 6: *narratiunculas bifariam orditas laetitia peritiaque comitabantur.* perosus I 9, 7: *epistulae perosus prolixitatem.* II 13, 5: *perosus pondus imperii.* ruiturus II 13, 7: *mucro videbatur in iugulum purpurati iam iamque ruiturus.* I 7, 2: *cum tamen nos... ruituram eius quandoque temeritatem miseraremur.* (*corruiturus* Hier. in Mich. I 3, 9 sqq.: *Jerusalem velut acervus lapidum corruitura.* in Dan. XII 11: *corruiturus in monte inclito et sancto).* tentus (a *tenere*) 7, 392: *iamque ad populos ac rura feroci Tenta Getae pertendit iter* (Ulp. dig. XXIV 3, 22, 7. Amm. XXIX 5, 53. Hier. in Is. V 17, 11: *quando sperata et paene iam tenta perdideris).*

Participia autem *frixus* et *interitus* quae ap. Sirm. leguntur ap. Luetioh. mutata sunt ita ut legatur VIII 14, 5: *nulli dubium est vos tunc simulam frictam in quadam continentiae sartagine consecraturos* et II 10, 1: *meram linguae Latiaris proprietatem — brevi abolitam defleamus interemptamque.*[1])

Praeterea non pauca extant particc. praet. verborum plerorumque quidem scriptorum usu deponentium sed secundum grammaticorum doctrinam communium in quibus vis inest passiva. quae sunt:

comitatus III 3, 3: *vix XVIII equitum sodalitate comitatus.* dimensum II 13, 4: *pristinae quietis dimensum.* emensus VII

---

[1]) Verborum cum *plicare* compositorum ut hoc obiter saltem commemoremus formas collegimus has: *explicui* II 11, 2. *explicuit* 10, 2. *complicaturus* IX 9, 3. *applicata — explicata* III 3, 4: quibus adde subst. *implicatura* IX 9, 15 et adiect. particip. *perexplicatus* 23, 385. *explicitus* VIII 1, 1. *inplicitus* I 5, 2. II 2, 4. 7, 436. —

2, 6: *infantiae iam temporibus emensis.* expertus IX 2, 2: *amplitudinem pietatis expertae.* indeptus V 18: *novum ius potestatis indeptae* (depon. V 1, 2: *leviticae dignitati quam nuper indeptus es*). interpretatus II 9, 5: *Adamantius Origenes Turranio Rufino interpretatus.* meditatus I 2, 9: *meditatum acroama.* modificatus VIII 12, 5: *modificato celeumate.* IX 2, 2: *modificatis lusciniarum querelis.* moratus III 13, 2: *si rogandus (est), simulator parati (beneficii) dissimulator petiti, venditor praestiti publicator occulti, calumniator morati infitiator soluti.* mutuatus VIII 16, 2: *nil de triviis compitalibus mutuatum.* orditus v. supra. *(ordiri* pass. sec. Gölzer 353 Varr. l. l. X 3, 56: *commodius potest ordiri.* Sen. nat. quaest. III 28, 7: *cum deo visum ordiri meliora.* Arnob. VI 16: *ab araneis ordiri retia.* Hier. in Is. IX 30, 1: *orditam autem telam μεταφορικῶς posuit ut pravum consilium demonstraret.).* osculatus VIII 11 c. 39: *sancti et Gallicini manu osculata.* (Hier. v. Paul. 12: *exosculatis oculis).* passus 23, 68: *oppugnatio passa publicavit.* pollicitus V 15, 1: *infirmitas impedimento quominus compleret pollicita.* IX 13 c. 1, 25 sq. *quaeso, pollicitam servet ad extimum Oratoris opus cura modestiam.* praefatus saepe ut I 4, 2: *praefata pace:* id. legitur VIII 3, 5. c. 14 ep. § 1. II 10, 3: *rogatu praefati antistitis.* IV 4, 2: *remeante praefato.* V 1, 3: *praefati portitoris.* V 15, 1: *officii sermone praefato.* VI 2, 2: *praefata venerabilis.* VII 5, 3: *praefatae civitatis.* VII 6, 6: *praefatum regem.* VII 11, 2: *salutatione praefata.* recordatus IX 3, 4: *ad recordata poenalis vitae debita.* rimatus VII 2, 8: *diligenter quae ad socerum pertinuerant rimatis convasatisque.* sectatus V 2, 1: *totis sectatae philosophiae membris.* VII 9, 9: *sectatae anachoreseos praerogativa.* suprafatus V 14, 3: *suprafatus summus sacerdos.* VIII 14, 7: *antistitem suprafatum.* trutinatus VII 9, 15: *statu satis superque trutinato.*[1])

Remunerari inf. pass. est 23, 424: *hic mox praecipit aequus imperator Palmis serica, torquibus coronas Coniungi et meritum remunerari; ructare* autem et *palpare* nunquam non activ. ita ut

---

[1]) quorum particc. apud ceteros scriptores atque etiam apud classicos alia frequentius alia rarius inveniuntur alia solius Sidonii sunt. qui in similibus quaestionibus versantur, Georgem Goelzerum Neuium Pauckerum Roenschium cett. consulant. nos ne longius extenderetur haec commentatio paucissimos aliorum locos attulimus.

Neue II 319 minus recte dicat *ructari* pro deponenti positum esse IV 17, 1: quo loco omnes quas quidem inspeximus editiones scripturam habent: *Tiberim ructas.*

Pro simplici futuro *consequetur* legimus *consequens erit* IX 6, 4: quod praeter *meminens sum* cett. unum huiusmodi circumlocutionis exemplum Sidonianum sit. nec minus pauca extant exempla praeteritorum temporum passivi vel verborum deponentium cum *fuisse* cett. compositorum pro *esse* cett. ut II 7, 2: *obsecro ut — mox ut utrimque fuerint opposita — discingas.* II 13, 1: *cur — fuerit evectus.* IV 14, 3: *qui fuerit confessus, absolvitur.* V 6, 2: *insusurratum fuisse.* VII 12, 2: *si fuisset hebetatus.* VIII 11, 4: *fuerat infecta.* 24, 31: *cum fueris receptus.*

Frequentiores autem ap. Sid. sunt formae breviores vel contractae vel decurtatae ut ita dicamus pro plenioribus ut VIII 4, 1: *elucubrasti.* VII 9, 25: *iurastis.* II 8 c. 3: *locarunt.* VI 12, 6: *complesti.* III 2, 1: *implesti.* VI 12, 9: *implesse.* 22, 199: *nesse.* 7, 238: *flesse perisse est.* II 13, 5: *audisse.* IX 16, 4: *exisse.* II 8, 2: *tumulavere.* II 2, 7 et 16: *posuere.* IV 25, 4: *consecravere.* III 3, 7: *liquere* cett. falso autem et temere Baretus p. 112[1]) dicit Sidonium constanter II. pers. coni. imperf. terminasse in *ere* pro *eris:* neque enim semper Sid. illam formam terminavit in *re* et aliorum quoque temporum et modorum alteram personam singularis ut indic. et coniunct. praes., indic. imperf., fut. in *re* exeuntem formavit. imo potius eam rationem secutus videtur esse ut ante consonas brevioribus formis uteretur, ante vocales plenioribus[2]), id quod maxime cognoscitur ex IX 9, 13: *sive in palaestris exercer**is** urbanis sive in abstrusis macerare solitudinibus.* VI 1, 1: *consoler**is** infirmos — ab omnibus consular**is**. et...* VIII 11, 5: *si metiar**is**, acer.* VIII 12 4: *versibus non reluctaber**is** impulsoribus blandis.* IV 7, 1: *percunctere forsitan.* cett. quanquam ab hac parte sibi non satis constitit ut VIII 9, 6: *non est quod suspicer**is** par me officii genus repetiturum* et I 6, 3: *si relinquar**e** inter busequas* cett.

---

[1]) Sid., inquit ille, emploie constamment la forme en *ere* de la 2. personne du sing. de l'imparfait du subjonctif au lieu de *eris*: ad quam sententiam comprobandam exempla attulit haec: *constituerere, onerarere, avocere.*

[2]) cfr. P. Mohr *in Apoll. Sid. epistulas et carmina observationes* progr. Sondershus. 1877 pag. 5 not. 1.

Non transeundum denique nobis visum est ap. Sid. passivum nonnunquam eodemmodo quo nunc ap. Francogallos formatum seu potius circumscriptum extare: pro formis enim passivi legitimis inveniuntur formae quaeque activi addito pronomine reflexivo ut I 5, 1: *an* sese *peregrinationis meae coepta* promoveant *sollicitus inquiris* = *promoveantur.* II 2, 19: *meta ad quam* se *iucunda naufragia* collidunt = *colliduntur.* II 5, 1: *ita* se *quodammodo bipertitae litis forma* confundit = *confunditur.* IV 22, 5: se *dictioni color odorque satiricus* admiscet = *admiscetur.* IX 9, 3: *si diutius vel laetitia* sese *mea vel ira* cohibuerit = *cohibita sit,* denique 5, 52: *caelum* se commovet *illic* = *commovetur:* cuius usus exempla ex aliis scriptoribus posterioribus repetita nusquam neque ap. Neuium neque in libellis de singulorum scriptorum latinitate peculiaribus indagavimus.

Sequitur ut iam ad alteram huius dissertationis partem transeuntes syntaxeos Sidonianae proprietates quasdam insigniores explanemus.

Pars II. De syntaxi Sidoniana.

1. De usu casuum.

§ 15. De usu accusativi.[1])

Ac primum numerum quendam verborum vel simplicium vel compositorum recensuimus a quibus praeter classicorum scriptorum usum accusativus vel rei vel personae pendet.

abdico IX 9, 13: *haec (philosophia) tecum mundanas abdicat disciplinas* (ap. supp. scriptores sola locutio *abdicare magistratum* usitata videtur fuisse). accedo II 10, 2: *quae (ecclesia) studio papae Patientis summum coepti operis accessit.* V 3, 3: *extremum salutis accessi* (Verg. Quint.). adoleo VIII 14, 4: *fragrantissimum incensum turibulis cordis adoletis* (poett. class. et script. p. Aug.). afflo I 11, 2: *me sinistrae rumor ac fumus opinionis afflavit.* V 7, 5: *quorum si nares afflaverit uspiam robiginosi aura marsupii* (poett. class. et scr. p. A.). pass. 11, 126: *afflata — tiemps* (class.).

[1]) cfr. Draeger *Histor. Syntax* I pag. 354 sqq. Kühner ampl. gramm. II 192 sqq.

antecello IX 16, 1: *ceteros eloquentes praestantioris facundiae dotibus antecellentem* (Tac. Sen. Val. Max.); sed IV 17, 2: *quanto antecellunt beluis homines* (class.). antecurro IX 9, 1: *literis istas antecurrentibus* (semel Vitruv.). benedico VI 1, 1: *benedicitur spiritus sanctus et pater Dei omnipotentis.* VII 9, 16: *benedictus Simplicius.* quod verbum ap. eccl. scriptores plane in transitivum vertit cfr. Gölzer p. 302 et Rönsch p. 440. circumclamo 2, 507: *Sestias ora Hellespontiacis circumclamata procellis* (ἅπαξ εἰρημ. videtur esse). circumsilio I 8, 2: *te — ranarum loquax turba circumsilit.* circumstrepo IV 15, 3: *extremus autumnus ... viatorum sollicitas aures foliis toto nemore labentibus crepulo fragore circumstrepit.* VII 9, 9: *aures meas incondito tumultu circumstrepitas* (p. A.). comitor — quod verbum ap. Cic. ubi idem significat atque *coniunctus sum,* non *sector* dativum plerumque regit — II 9, 6: *eas (narratiunculas) laetitia peritiaque comitabantur.* III 11, 1: *desiderium nostrum sinisteritas comitatur.* VIII 10, 1: *stilum vestrum quanta comitetur vel flamma sensuum vel unda sermonum.* VII 9, 9: *quamvis illum — sectatae anachoreseos praerogativa comitetur.* compleo et impleo aliquem cuius locutionis exemplum ap. Gg. non invenitur (= *compleo personam alicuius* ut VII 14, 10: *comples personam religiosi*) IV 9, 3: *monachum complet* et VII 15, 2: *quamlibet strenuos impleatis agricolas.* curro 2, 207. 3, 6 iam Cic. recurro IV 10, 2: *vetustae loquacitatis orbitas recurremus* (Ov. a. a. III 360: *Aemulus et coeptum saepe recurrit iter*). debello VIII 12, 7: *ad debellandos subiugandosque epulones* (poet. et p. A.). disco = *cognosco* c. 22 ep. § 3: *ut mihi videatur Julianum Vertacum, Fullonium Saturninum — absque interprete didicisse.* VIII 6, 7: *quo more citius homo discitur.* VII 6, 7: *propter quod discite cito catholici status valetudinem occultam* (Gölzer p. 305). discutio aliquem (= *interrogo* sensu forensi) I 7, 8: *queri quod se non prius quam discuterent ulciscerentur.* VIII 11, 12: *complicibus oppressis seorsumque discussis.* doleo III 2, 1 iam Cic. indolesco II 12, 1: *maeroris retia quae sunt amicis quoque et externis indolescenda* (Just. XII 13, 9: *ut tactum hominum velut vulnera indolesceret*). eluctor IV 4, 2: *stat sententia eluctari oppositas difficultates* (Liv Sen. Tac. Val. Flacc. Sil.). enavigo I 7, 3: *tumens quod procellosum litus enavigasset.* I 1, 4: *post Scyllas — enavigatas* (Hor. Plin.). equito 7, 43: *Scythiae vagis equitate catervis Hister.* 23, 249: *fluxis equitata Bactra*

Parthis (Flor. Claud.). excedo II 2, 20: *brevitatem sibi debitam epistula paulo scrupulosior excessit.* c. 22 ep. § 6: *quod (carmen) excesserit epigrammatis paucitatem* (Liv. Val. Max. Plin. Mai. et Min. Col. Suet. Tac. Tert. cett.). *excresco[1]) IV 3, 9: *excrescit amplitudo proloquii angustias regulares.* fleo IV 24, 6: *flere granditer coepit non moram debiti sed periculum debitoris* (poet. et p. A.). fremo 7, 261: *arma fremit* (Verg. A. 7, 460: *arma amens fremit*). gemo V 12, 1: *hoc solum gemo quod ...* (Cic.). ingemo IV 8, 3: *tum longinquitas viae ingemebatur* (Senec. H. O. 1578. Stat. silv. III 3, 137). horreo 2, 233. 7, 351 iam Cic., audacius autem sit passivum VII 9, 10: *tamquam crudelis horretur.* horresco I 7, 12: *uncum et Gemonias et laqueum carnificis — horrescens.* 9, 281: *natales puer horruit Cadurcos* (Verg. Stat.). exhorresco VII 14, 11: *nostram mensulam nullus, ut specum Polyphemi, hospes exhorruit* (Verg. Suet. Val. Max.). impertio aliquem aliqua re IV 25, 1: *grandis te communione gaudii impertiam.* V 12, 2: *flagito uti nos affatu paginae frequentis impertias.* VI 10, 2: *si me stilo solitae dignationis impertias.* IX 11, 10: *confessum veniae clementis indultu placatus impertias* (poet. com. Suet. cfr. Draeger I 561). incido II 9, 2: *quas (insidias) incidimus* (semel Sall. rell., post eum Tac. et postt.). incurro II 2, 17: *quem (lacum) fluvius fors fuat an incurrat an faciat.* II 5, 1: *inextricabilem labyrinthum incurrit.* pass. I 7, 6: *Arvandi amicitias quoquo genere incursas.* VII 8, 2: *de scrupulo incursae ambiguitatis.* VIII 9, 2: *a vinculo incursi angoris* (Tac. Lact. Arnob. Ict. cett.). indulgeo alicui aliquid II 7, 1: *aut pretio aliquid indulturus aut gratiae.* VIII 15, 2: *hoc imprudentiae temerarii debitoris indulseris.* V 17, 2: *versus quos soceri tui precibus indulsi.* VI 10, 2: *huic si legitimam solutionem perexiguae segetis indulgeas.* VII 10, 1: *sollicito veneratori culpam rarae occursionis indulgeas.* IX 6, 3: *totum* (= omnia) *sibi indulgere.* IX 16 c. 21: *quam (coronam) mihi indulsit populus Quirini.* VI 6, 1: *semel mihi amor vester indultus.* quam structuram ita adamavit ille ut una epistula IV 24 inveniatur ter § 5: *indulgeret exhausto facultatem convalescendi;* § 6: *superpositam medietatem indulgeam;*[2])

---

[1]) asterisco * significavimus nos structurae cuiusque alterum exemplum non invenisse.

[2]) pro fut. *indulgebo (annuum solutioni spatium prorogabo et ... indulgeam).*

§ 5: *indultis indutiis:* quibus locis aeque ac III 5, 3: *ego vero tantum obstringar indultis* dat. pers. facile subauditur. sed et legitima structura extat V 4, 1: *quieti tuae non invitus indulgeo,* VII 13, 5: *indulgere secessui,* IX 13, 5: *cum totus otio indulseris* (*indulgeo alicui aliquid* Liv. Plin. Min. Tac. Suet. Lamprid. cett. pass. Ict. et Capit.) infundo aliquid aliqua re 17, 7: *Burgundio — infundens acido comam butyro* (Coll. Pall. Macr.). insideo II 9, 2: *domus utraque calles tramites deverticula insedit* (Liv. Plin. Min. Tac.). insono I 10, 2: *vereor ne famem populi Romani theatralis caveae fragor insonet* (Verg. Stat. Claud.). interiaceo 2, 453: *omne quod Euphraten Tigrimque interiacet* (Liv. Plin.). intono I 2, 9: *vocalium concentus meditatum acroama intonat* (Ov. Prop. Liv.). invideo aliquem III 11, 1: *ut etiamnunc nostris invidearis obtutibus* (Hor. a. p. 56). invideo alicui aliquid V 7, 3: *hi sunt qui invident tunicatis otia, stipendia paludatis* cett. (Hor. Liv. Petron. Plin. Curt. Val. Max. cett.). lateo (latet) I 7, 6: *me et Auxanium tractatus iste non latuit.* III 11, 1: *de cuius nos moribus lateant celsa memoratu.* VI 3, 2: *latent eum propriarum merita chartarum.* IV 8, 5: *cum procul dubio te non lateret.* VII 1, 3: *non latet nostram sciscitationem* (Verg. Ov. Varr. Plin. Justin. August.). maneo II 11, 2: *nec culpa nos debeat manere nec venia.* V 7, 1: *hi sunt quos haec peculiariter provincia manet.* VII 9, 6: *mediocritatem meam manet longe diversa condicio.* 5, 16: *laetitiam censura manet* (Ter. Hor. Liv. Curt. Tac.). medicor IV 14, 3: *Christo res humanas vitasque medicaturo* (Verg. A. 7, 756. Plaut. Plin. Hier. in Matth. III 16, 28: *terrorem apostolorum spe medicari voluerat promissorum*): sed III 3, 9: *expectationi medicari* et II 7, 2: *aegritudini huius iurgii sola morum tuorum temperentia medicabitur;* similiter medeor VII 5, 3: *nec intentionibus medendis te subtraxeris* (Ter. Vitr. Liv. Vell.); sed VII 7, 4 et 6: *publicis mederi periculis — medicari nostris ultimis.* nescio IX 13 c. 2, 50: *oleumque nescientes .... lucernae.* 5, 338: *ingenti ferrum iam nescit ab auro.* VIII 6, 7: *hanc (legem de praescriptione) intra Gallias ante nescitam.* (Plaut. Ter. Flor. Juv. Verg. Lucan. Hier. in Jer. II 7, 4: *nesciunt illam definitionem.* Gennad. catal. 1: *eum hunc nescisse scriptorem*). obtineo aliquem VII 7, 5: *non potuimus viris obtineri.* palpo quod verbum ubi deponens est cum dativo ferme coniunctum extat, ubi activum, cum acc. ap. Juv. Manil. Apul. Claud. Prudent. cuius structurae ap. Sid. quoque duo

extant exempla III 7, 4: *palpate nos prosperis* et VII 1, 2: *solo rogationum palpamur auxilio.* paveo IX 16 c. 11 sq.: *pavetque publica puncta.* VII 1, 3: *pavenda mansuetudo* (Sall. Hor. Plin. Tac.). expavesco IV 15, 3: *nos — nec subiectas cautes nec superiectas nives expavescemus.* 23, 275: *iactos dentes expavit* (Hor. Sen. Plin. Tac. Suet. Flor. Eutr.). penetro 2, 145 sq. *deprensas (feras) modo claudere cassibus artis Nunc torto penetrare veru.* IX 11, 9: *cuius (lucis) aculeo non sola penetratur aut harena subtilis aut humus fossilis* (iam Plaut. ap. quem etiam refl. *se penetrare* invenitur; post eum Verg. Val. Flacc. Vell. Plin. Curt. Justin. Tac. cett.). perlabor IX 7, 3: *veluti cum crystallinas crustas aut onychitinas non impacto digitus unque perlabitur* (Verg. Tib. Sil.). persuadeo alicui aliquid IV 21, 5: *quod (territorium) huiusmodi est ut semel visum advenis multis patriae oblivionem saepe persuadeat* (Sen. ep. 25, 5 et exc. contr. 3 praef. 5, cfr. Gg., Cic. pronom. tantum neutrale *utrumvis* adposuit).[1]) pervado aliquem 16, 57: *chirographon illum quo pervasus homo est haec compensatio rupit.* peto aliquem (= ab aliquo) IX 3, 3: *intempestive petor* (Capitol. Pert. 3: *eum petiit ut.* Maxim. 2: *imperatorem petiit ut*). plango (= lugeo) VII 6, 4: *spiritalem Jerusalem suspiriosis plangamus ululatibus* (Tib. I 7, 28. Val. Flacc. III 298. Stat. silv. II 1, 124. V 3, 44. Theb. 11, 117. 12, 283. Petron. 63, 4. Claud. in Eutr. I 65. II prol. 49. rapt. Pros. III 159. Hier. ep. 60, 6: *non plangam cum Jacob et David filios in lege morientes.* ep. 118, 5: *non planxisti filias mortuas.* ep. 60, 6: *Moyses moriens plangitur* cett.). praestolor V 16, 4: *insignibus vestris quae tu hac tenus ... praestolabare.* VIII 6, 5: *diem serum cum silentio praestolarentur.* IX 9, 3: *talis qualem desideria nostra praestolabantur.* IX 15, 2: *ignosce ... nihil amplius quam raritatis indulgentiam praestolaturo* (Caes. acc., Cic. dat.). praevenio V 13, 4: *praeveni morbum.* VI 12, 2: *nam praevenis manibus illum.* VIII 6, 5: *festivitate praeventas horas antelucanas* (Liv. Cels. pass. Ov. Plin. Min. Justin. Sall. Tac. Eutr.) promereo 13, 1 et 2: *Amphitryoniaden perhibet veneranda vetustas, Dum relevat terram, promeruisse polos* (Suet. Quint. Lact. cett. cfr. Rönsch p. 377). propugno II 5, 1: *ut*

---

[1]) sed VIII 11, 4: *crebro levibus ex causis sed leviter excitabatur, quod nilominus ego studebam sententiae ceterorum naturam potius persuadere quam vitium* subaudiendum *esse* et acc. c. inf. intellegendum potius censuerimus.

propositio sua quem actionis ordinem propugnatura, quem sit impugnatura, non noverit. VI 11, 2: *potes huius laboriosi etsi impugnas perfidiam,. propugnare personam* (Flor. Tac. Plin. Suet. Stat.). quaeso Deum II 8, 3 et VIII 16, 5 (Naev. poett. comm. Sall. rell. Brut. et Cass. ap. Cic. fam. XI 13. Apul.). redeo IV 15, 3: *quamvis iugorum profunda declivitas aggere cocleatim fracto saepe redeunda sit* (Verg. A. 6, 122: *itque reditque viam*). ructo II 1, 2: *ructat inter cives pugnas, inter barbaros literas.* IV 17, 1: *Tiberim ructas.* IV 25, 2: *hic antiquam natalium praerogativam ructabat.* 23, 252: *ructans semideum propinquitates.* 12, 15 sq.: *cui non allia sordidaeque caepae Ructant mane novo decem apparatus* (Hor. Juv. Mart. Sil. Pallad. Cels. cett.). sono compluries in carmm. ut IX 13 c. 1, 15: *diversa sonans os epigrammata.* IX 16 c. 83 sq.: *quos tamen chordae nequeunt sonare Corda sonabunt* cett. (poett.). stupeo I 3, 2: *subitae stupentes dona fortunae.* IX 13 c. 2, 104: *stupuit virum loquentem Diadematis potestas.* 7, 225: *stupet ille repulsam.* 23, 101 sq.: *hunc Miletius et Thales stupere Auditum potuit* (Verg. Mart. Val. Flacc. Solin. Plin. Min. Petron. August. Trebell.). stupendus I 9, 2: *inter hos quoque quamquam stupendi tamen varii mores.* VII 1, 3: *stupenda cubilia.* 9, 308: *Petrum nimis stupendum* (Val. Max. V, 7, 1. Itin. Alex. 48 (111) Nazar. pan. 6, 1). *subvolo 22, 69: *fera subvvlat ales Aërias terraeque vias.* sudo VIII 3, 3: *carminum modi non tam fonte quam fronte sudantur.* 22, 25 sq.: *madet ardua cervix Sudati de rore meri* (poett. et postt.). desudo V 5, 2: *post desudatam varicosi Arpinatis opulentiam.* VI 1, 3: *post desudatas militiae Lirinensis excubias* (Apul. Claud. Prudent. Cassian.). exsudo IV 6, 4: *temere propositae litis exsudat incommoda* (Hor. Liv. postt.). *superemico IX 9, 7: *veluti si excussura quemcumque catulorum Parthi colla raptoris pede volatili tigris orbata superemicet.* 15, 75: *hinc fieri ut terram levior superemicet unda.*[1]) supereminneo IV 3, 8: *quoslibet lyricos dithyrambos amoenitate poetica et historica veritate supereminet.* VII 6, 3: *supereminet privati reatus verecundiam salus publica* (Verg. Ov.). supergredior II 13, 2: *supergressi ius fasque commune.* VIII 6, 2: *plurimos iuvenum nec senum paucos vario genere dictandi militandique supergressus.* IX 14, 5: *rivulus aggerem publicum confragoso diluvio supergressus* (Col. Plin.

[1]) Georg. et Klotzius hunc tantum locum attulerunt.

Sen. Curt. Tac. Just. Quint. Amm. cett.). supersto 2, 153: *Pythona superstans Paean* (Verg. Ov. Stat.). supervenio IV 3, 8: *tibi facile factu est ... epitritorum paeonumque quaternatas supervenire iuncturas.* c. 22 ep. § 2: *collegio vir praefectus non modo musicos quosque verum etiam geometras arithmeticos et astrologos disserendi arte supervenit.* III 12 c. 20: *hoc primum est decus ... qui ... hic sunt titulis pares parentes hos illic meritis supervenire.* 22, 150: *duplicemque supervenit aedem Porticus ipsa duplex.* — VII 14, 8: *hae (animae) peritarum (animarum) se meritis superveniri facile concedunt* (Ov. Hor. Col. Stat.). suspiro VIII 14, 5: *quotiens culpas suas anima poenaliter recordata suspirat* (nisi hunc acc. a *recordata* pendere mavis). I 5, 5: *Cremonam cuius est olim Tityro Mantuano largum suspirata proximitas* (Tib. Hor. Juv. Sil.). tremo VIII 12, 4: *quamlibet sola hiemalium mensium nomina tremas.* 2, 50: *te Susa tremunt.* 2, 180. 2, 385. 5, 80. 7, 76 (Hor. Ov. Liv. Lact. Aug.). tremisco 2, 475: *Dorica te tellus et Achaica iura tremiscunt.* 22, 228: *colles tua iura tremiscant* (Verg.). contremesco IX 11, 2: *cum mihi rigor censurae tuae sit contremescendus* (Hor. Sen. Justin. August., de *contremescere ad* cfr. § 20).

Duplex accusativus ut ap. vett. ita ap. Sid. aptus extat ex verbis putandi dicendi faciendi pro quibus tamen ille studio quodam et amore alia verba idem declarantia substituit, petendi, denique ex more graeco induendi. sufficiat haec attulisse exempla

a) acc. pendentis ex. vbb. putandi: aestimo III 2, 2: *quocirca satis te toti suum, satis se toti tuos aestimant* (Sall. Jug. 85, 41. Mart. XI 1, 7. Sen. de brev. v. VIII 2). computo et reputo frequenter. *metior III 2, 1: *quam te blandum pueri, comem iuvenes, gravem senes metiebantur.*

b) ex vbb. dicendi: pronuntio II 2, 20: *villam grandem pronuntiabunt.* VI 11, 1: *pronuntiare neminem ex asse damnabilem.* VI 2, 4: *vobis unam pronuntiandam domum discordiosam* et saepe. commemoro V 9, 2: *inter eos minima causa concordiae quod filii amicorum commemorabantur* (Aug. conf. I 7). *concelebro IX 9, 16: *merito te beatissimum boni omnes concelebrabunt.* VIII 2, 1: *literarum quodammodo iam sepultarum suscitator fautor assertor concelebraris;* denique VII 9, 10: *si aliquatenus doctum (nominaverimus), propter scientiam clamatur inflatus ... si diligentem, superstitiosus decernitur, si remissum,*

negligens iudicatur ... si quietum, pronuntiatur ignavus ... si abstemium producimus, a v a r u s *accipiture (clamare* act. Hor. Prop. Petron. Curt. Quint. p a s s. Cic. rell. p. 259 ed. Klotz: *ab eis quos deserit insanus imperitus temerariusque clamabitur; decernere* Ter. Hec. 212: *illum decrerunt dignum suos cui liberos permitterent. accipere* act. Cic. et Quint., p a s s. Quint. *urbis appellatio ... Roma accipitur).*

c) faciendi: *consecro IV 25, 4: *hunc iam secundi ordinis sacerdotem ... collegam sibi consecravere.* d e s u m o V 5, 3: *arbitrum te disceptatoremque desumit* (Liv.). o r d i n o VII 8, 2: *Simplicium spectabilem virum episcopum sibi flagitat populus Biturix ordinari.* r e d d o non modo cum substantivorum acc. praedic. coniunctum extat ut VII 2, 9: *quem civem beneficiis reddidistis* et 5, 347: *hunc dominum saltem post saecula tanta Ultorem mihi redde* — quae tamen substantiva ad adiectivorum naturam proxime accedunt — verum etiam passive usurpatum V 7, 6: *ad quorum consilia Phalaris cruentior, Mida cupidior ... redderetur.* IX 3, 2: *foedera ancipitia redduntur.* IX 13, 3: *quo reddaris instructior* (Ov. Cels. Justin. Eutr. Flor.).

d) p e t e n d i: 5, 577: *otia post nimios poscit te fracta labores.* 13, 25: *hoc te Sidonius tuus precatur.* 23, 507 sq.: *sed iam te veniam loquacitati Quingenti hendecasyllabi precantur.* p a s s. VI 10, 2: *ut debitum glebae canonem non petatur.* 23, 29: *usuram petimurque reddimusque.* IX 14, 7: *quae repeteris, expedias.* IV 7, 1: *id ipsum erat utique orandus.* IV 18, 1: *oblivisceris quod rogaris.* IX 16, 3: *restat ut te arbitro non reposcamur res omnino discrepantissimas* (cfr. Draeger I 373 sq.).

e) i n d u e n d i 7, 383: *veterem cum te induit uxor ... trabeam.* 5, 399: *pars ferrea texta Concolor induitur* (cfr. Draeg. I 363); sed I 11, 16: *chlamydibus induebamur.*

G r a e c i qui dicitur a c c u s a t i v i ut poetarum maxime proprii longe plurima exempla in carmm. extant ut IX 13 c. 2, 29: *resupina flexus ora.* 2, 52: *crinem madefactus.* 2, 321: *non galea conclusa genas.* 2, 323: *nudata caput.* 2, 434: *iam refugos conversa pedes.* 5, 14: *cristatum turrita caput.* 5, 54: *lacerata genas nigras.* 5, 141. 434. 460. 14, 9. 16, 121. 22, 39. 42. 48. 72. 80. 23, 18 cett. quanquam in epp. quoque exempla inveniuntur ut III 13, 8: *latera captiva vallatus.* VII 17, 1: *non dignitatem minus quam membra curvatus.* VIII 4, 4: *ut qui clam sanctus es iam*

palam religiosa venerandus iugo salubri colla pariter et corda subdare, denique VIII 6, 6: *vultum modeste demissus.*

Accusativi qui dicitur interni obiecti exempla quanquam propria nusquam inveniuntur nisi *fidem credere* VIII 14, 6 et *consilia suadere* 5,150 huc pertinere censeas, tamen quasi circumcisa in carmm. aeque atque ap. poetas superiores haud rara sunt ut 11, 121: *Dindyma ludere*; 5, 408: *at tuba terrisono strepuit grave rauca fragore.* 7, 499: *sudum radiare.* 15, 7: *nitet invidiosa superbum Effigies.* 22, 33: *dulce natant oculi.* 22, 90: *riget inde superbum.* praeterea cfr. 22, 120. 132. 5, 601. 9, 24 cett. sed et in epp. pauca huiusmodi exempla extant ut III 1, 1: *quicquid venimus in iuventutem.* V 13, 1: *si quid — agger insorduit.* V 10, 3: *blanditus quippiam gratificatusque.* I 5, 4: *avium resonans dulce concentus.* ibid. § 5: *largum est suspirata proximitas* cett.

§ 16. De usu dativi.[1])

Verba iterum vel simplicia vel composita a quibus praeter classicorum scriptorum usum dativus pendet primo loco recensenda putavimus. quae sunt haec potissimum:

accresco IX 1, 1: *causas quibus hic liber nonus octo superiorum voluminibus accrescat* (Hor. Plin. Min.). accubo 9, 138: *praesepibus accubans amatis* (Plaut. Verg. Hor. Suet.). adhaereo III 13, 7: *taceo pro brevitate cervicis occipiti supinato scapularum adhaerere confinia.* VIII 6, 5: *adhaerebam sellae curuli.* 2, 264: *equo adhaeret rector.* — VII 13, 3: *illis (ieiuniis) adhaeret* (poet. et p. A.). adhaeresco proprie II 2, 4: *balineum radicibus nemorosae rupis adhaerescit.* III 3, 6: *licet multi complexibus tuorum tripudiantes adhaerescerent* (poet. et p. A.); translate IV 6, 2: *ego sententiae cautiori libentius adhaeresco* (Cic.). adiudico aliquem poenae alicui I 7, 11: *publico carceri adiudicatus est* (Ambr. *morti,* Hier. in Matth. 27, 1: *quem adiudicassent morti, ligatum iudici traderent.* in Ezech. hom. X 1: *non sum digne adiudicatus huic infamiae*). *adstringo VIII 14, 4: *quotiens iugum legis cervicibus superbientum per vincula praedicationis adstringitis.* adstupeo V 5, 3: *adstupet tibi epistulas interpretanti curva Germanorum senectus* (Ov. Sen.). adtremo VI 1, 3: *cum censurae tuae adtremat turba collegii* (Stat.). affundor I 5, 9: *triumpha-*

[1]) cfr. Draeger I 401 sqq. Kuehner II 226 sqq.

libus apostolorum liminibus affusus. IV 23, 3: *paternis pedibus affusus.* 7, 50: *genibus affusa* (Ov. Lucan. Flor.). annuo I 4, 3: *actionibus iustis Deus annuens.* I 11, 14: *annuo postulatis.* IV 18, 3: *annuo iniunctis.* IV 24, 2: *precibus orantis citus annui* (Ov. Tac. Plin. Flor. cett., semel etiam ap. Sall.); cum acc. pron. neutr. 2, 486: *si concors annuis istud.* appendo (= affigo) IV 24, 3: *Cilicum vela foribus appensa.* V 8, 2: *disticho clam Palatinis foribus appenso* (Capitol. Anton. P. III 5 cfr. Gg.): contra VIII 7, 2: *ad trutinam iudicii principalis appensa non nummorum libra sed morum* = examinata. applicor (= applico me) I 9, 5: *Basilianis frequentatoribus applicari.* IV 6, 2: *nec difficulter applicor etiam tuta metuentibus.* V 6, 2: *oppidum Vasionense partibus novi principis applicari* (Cic. et Caes. *ad* huic structurae videntur praetulisse). sed III 10, 1: *plurimum laudis iuvenes nostri moribus suis applicant.* VIII 10, 1: *ingentes praeconiorum titulos moribus meis applicas.* 9, 335: *exarationi destrictum applicare theta* dat. comm. aut incomm. videtur esse. eadem denique qua *addere* signific. II 8, 2: *(neniam) ceteris epigrammatum meorum voluminibus applicandam mercennarius bybliopola suscipiet* ap. Quint. assisto I 2, 10: *armati regiae domus aditibus assistunt.* transl. VIII 6, 4: *me saepe luculentis eius actionibus adstitisse.* IX 7, 2: *rarus aut nullus est cui par assistat dispositio* (poet. et p. A.). assumo V 19, 2: *assumpta coniugio* (Justin. I 6, 1: *aliquem socium coeptis ass.*): contra IX 6, 2: *in matrimonium adsumpsit.* astipulor III 3, 1: *astipulantur assertis.* III 11, 2: *adstipulatur huic sententiae sic electus gener.* IV 3, 2: *adstipulatur iudicio meo volumen illud* (Liv. Plin. Ict.). certo VII 9, 18: *si litteras vel ingenium conferamus, certat natura doctrinae.* VII 14, 5: *vigilantiam? cui certat et noctua* (Verg.) cirtumfundor III 4, 1: *circumfusarum nobis gentium arma* (Liv.). abl. rei II 10, 4: *nostra tubis circumfusa potioribus stipula vilescit.* comparo compono confero semper c. dat. concrucifigo VI 1, 6: *illum cui concrucifigeris dominum nostrum* (Ambros. de sacr. VI 2, 8. S. S. Gal. II 19 ap. Rufin. — Rufin. or. in Rom. V 4)[1]. conecto II 2, 8: *huic basilicae ... piscina conectitur* (Plin. Sil. Jct.). confligo IV 18 c. 13: *quae Salomoniaco potis est confligere templo* (Lucr.). congredior 7, 282: *congredere armato*

[1]) cuius verbi infinitivum quamobcaussam H. Kretschmann II 14 *concrucifigare* dixerit non perspicimus et mendum typographicum subesse censeremus nisi omnia alia verba una cum hoc ibidem enumerata declinationis essent primae.

(all. poett.). conludo II 1, 3: *conludens numerariis* (Hor. Jct.). *conquadro (absol.) II 2, 4: *quae (cella) consequenti unguentariae spatii parilitate conquadrat.* III 7, 4: *vero dicta conquadrant.* convicior VII 1, 3: *ne divinae admonitioni tua desperatio conviciaretur* (Quint. Jct.). copulo I 5, 10: *cui filia Augusti — copulabatur.* VII 2, 6: *isti ... virgunculae animus copulabatur.* IX 16, 1: *iniunxeras ut hic liber nonus — ceteris octo copularetur.* IX 9, 13: *huic copulatum te* (Lucr. Liv. Hier. cfr. Gölzer p. 312). defero I 7, 6: *deferimus nil tale metuenti totam per«niciter» machinam.*[1]) VII 17 c. 14: *est tibi delatus plus onerosus honor* (ap. Cic. et Caes. *ad* ferme adpositum est). defrudo I 2, 1: *ut laudibus eorum (morum) nihil ne regni quidem defrudet invidia* (Petr. 69, 2: *nil sibi defraudare*).[2]) deputo I 2, 4: *reliquum mane regni administrandi cura sibi deputat.* IV 4, 2: *conplectendis pectoribus vestris quamlibet longum officium deputare.* IV 11, 2: *officium audiendi omnibus «iniungebat» uni solum ... deputans ius loquendi.* V 4, 1: *deputo plus pudori.* VI 12, 6: *navibus quibus poetae deinceps formam draconum deputaverunt.* I 3, 2: *(oblatratores) scamnis amicalibus deputabuntur.* I 10, 2: *infortunio meo publica deputetur esuries.* VI 10, 2: *domesticis fidei deputata humanitate.* IX 11, 5: *praeter tibi deputatas (paginas)* (postt. cfr. Georg.). differo IX 6, 4: *plurimum esse quod differat ille honestissimus uxorius amor figmentis inlecebrisque concubinalibus* (Hor. et Lact. cfr. Buenemann ad I 8, 3). *dimico VIII 12, 8: *tu etsi ceteris eris in hoc genere pugnandi dimicaturus.* dominor II 9, 8: *cerebris hospitales craterae nimium immersae dominabantur.* II 13, 2: *sicut hominibus reges, ita regibus dominandi desideria dominantur.* III 3, 1: *quibus dilectio tui immane dominatur.* VI 9, 3: *crebra oratione per quam vitiis omnibus immane dominamini.* 22, 118: *cum Latius patriae dominabitur* (Apul. Claud. Chalcid.). excudo IX 9, 9: *ut lectori tuo seu reluctanti seu voluntario vis voluptatis excudat praeconii necessitatem.* II 9, 8: *vaporem qui undae ferventis aspergine flammatis silicibus excuditur.* III 14, 1: *moribus tuis hanc voluptatem non operis effectus excudit sed auctoris affectus.* VI 3, 2: *ut auctoritas coronae tuae dissimulantibus*

---

[1]) sic Luetioh. pro *perimachiam* Sirm.

[2]) II 2, 10 autem iam legitur: *haec tamen (cryptoporticus) aliquid spatio suo in extimo deambulacri capite defrudans:* ita ut quae Georges ad hunc locum adnotavit mutanda sint.

studeat excudere responsi celeritatem. IX 11, 4: *puncta censoribus tardius procacitas recitatoris quam trepidatio excudit* (Verg. A. 1, 174: *ac primum silici scintillam excudit Achates*). exigo VIII 5, 1: *exegeras mihi ut promitterem* (Ov.: *poenas exigere alicui* — nisi dat. ap. Sid. ortum esse censes ex similitudine verbi *iniungere*). eximo II 12, 3: *igitur ardori civitatis atque torpori tam nos quam domum totam pariter eximimus.* III 3, 9: *assiduitatem tuam periculosae regum familiaritati celer exime.* II 2, 17: *(fluvius) nec longum scopulis praecipitibus exemptus.* VIII 6, 17: *sensibus nostris quam primum exime angorem* (cfr. Draeger I 424. dat. pers. IV 5, 1: *verecundiam utrique eximite communem*)[1]). immisceo V 17, 7: *sphaeristarum se turmalibus constanter immiscuit* (poet. et p. A.). immoror I 9, 7: *relegendis versibus immorabere.* IX 11, 5: *insulsae lectionis verbis inanibus immoraris* (Col. Plin. uterq. Quint. Cael. Aur.). impendo V 1, 1: *lectitandis epistulis voluptuosam patientiam inpendas.* V 5, 4: *aliquid lectioni operae impendas.* V 8, 3: *operam saltim facetis satirarum coloribus impende.* II 8, 2: *si qui haud incassum honor cadaveribus impenditur.* IV 10, 1: *quibus forte sit improbum plus amoris quam reverentiae impendere,* VII 2, 9: *quibus* (masc.) *impendimus studium.* VIII 12, 6: *quid delicatae pigritiae tuae plus poterit impendi* (Tac. Quint. Juv.). impluo II 2, 16: *(lacus) immane turgescit ita ut arborum comis superiectae asperginis fragor impluat* (Ov. met. I 572 sq.). impono (absol.) VII 2, 1: *ignorantiae meae callidus viator imposuit* (Cic. epp. Nep. Sen.). pass. IV 9, 5 (impers.): *habitum quo interim praesenti saeculo imponitur* (Petr. 102, 4). incumbo I 3, 1: *adipiscendae dignitati incumbam.* III 3, 8: *perculsis indesinenter incumbere.* VIII 4, 1: *dum non minus stilo quam vomeri incumbis.* IX 3, 6: *victuris operibus incumbere* (Liv. Tac. poett., Cic. et Caes. *ad* vel *in*). indo VIII 6, 7: *hanc (legem) orator indidit prosecutionibus.* 2, 182 sq. *quicquid Latialibus indere libris Prisca aetas studuit.* III 12, 5: *peto ut tabulae (carmen) celeriter indatur* (Plin. Tac. Senec. Gell. Flor). inerro VIII 6, 13: *litoribus Oceani curvis inerrare* (Plin. Min. et Stat.). ingeror (med.) I 6, 2: *cotidie trabeatis proavorum imaginibus*

[1]) Kretschmann II 19 insolentioris locutionis exemplum ex I 11 attulit: *evadere non erubescit loquenti* falso: namque legitur in ed. Sirm. qua et ipse ille usus est (et ap. Luetioh.): *non miror si mihi standi locum praeripere conetur qui tibi invadere non erubescit loquendi.*

ingeritur. I 7, 9: *Arvandus mediis iudicum sinibus ingeritur.* II 9, 9: *coctilibus aquis ingerebamur.* (*ingeri alicui* Sen. et Claud. *se ingerere alicui* Sil. Juv. Justin. Lact. cett.)[1] insuo 21, 1: *quattuor haec primum pisces nox insuit hamis.* intendor III 12, 4: *viae non parum intentus* (semel Sall.; Ov. Liv. cett.). invigilo VIII 4, 4: *invigilet caelestibus lingua praeconiis* (semel Cic., praeter eum Plin. Min. Lact. Prop. Verg.). iugo IX 9, 12: *mulierem pulchram tibi iugasti* (Catull. et Verg. et postt.). coniugo IX 6, 3: *ut nec uxori coniugaretur.* (Apul.). iungo semper c. dat. lenocinor (signif. transl.) II 2, 14: *confovendo sopori tuo lenocinabuntur.* VIII 1, 1: *amicorum gloriae lenocinaris.* (Cic. sensu proprio; transl. Tac. Quint. Sen. Plin. Min.) milito V 9, 2: *principi Honorio tribuni notariique militavere.* IX 9, 13: *sentiet ecclesiae Christi Platonis academiam militare.* 5, 478: *tibi militat omnis Caucasus.* 7, 206: *hoc nulli melius pugnator militat unguis.* (Tac. Curt. Apul.). novercor *ἅπ. εἰρημ.* VII 14, 3: *quorum (sc. corporum humanorum) inbecillitati quodammodo natura novercaretur.* obvio V 1, 3: *nisi tamen coeptis factiosa vis obviet.* V 13, 4: *cuius proditionibus Deus obviet.* VI 11, 2: *prudentiae satis obviat.* 15, 120: *obviet et quamquam totis academia sectis.* ut ipsum verbum ita haec structura ap. posteriores demum scriptores invenitur. patrocinor I 7, 7: *ut advocati mihi in actionibus repetundarum patrocinentur.* V 10, 2: *licet illi ... aetas venustas pudor patrocinarentur.* (Ter. auct. b. Hisp. Quint. Lact.). praeludo IV 25, 5: *iam caelestibus supernisque praeludis habitaculis.* (Plin. Gell. Flor. Stat. Claud.). *principor 9, 51: *non prolem Garamantici Tonantis Regnis principibusque principantem.* (Lact. in *nationes).* rebello IX 12, 2: *arcus manui, iugo bos, equus freno rebellat* (Jul. ap. Aug. c. Jul. Pelag. 6 § 65: *diabolo reb.).* reluctor VIII 12, 4: *versibus non reluctaberis.* (Plin. Min.). renuntio alicui rei II 13, 4: *veteris regulae legibus renuntiavit.* III 12 c. 16: *sacris sacrilegis renuntiavit.* IX 3, 1: *stilo frequentiori renuntiare.* IX 12, 1: *huic exercitio renuntiavi.* (Quint. Plin. Min. Suet. Cypr. Hieron. ep. 39, 3: *ut non renuntiet domui discipulus.* ib. 4: *cum*

[1]) similiter *se inferre* c. dat. I 7, 11: *se exornatum ille — iudicibus intulerat. inferri* II 4, 1: *amicitiarum sinibus infertur.* V 13, 2: *exanguibus infertur Gabalitanis* med., pass. I 7, 11: *lautumiis aut ergastulo inferri* et II 8, 2: *perpetuis sedibus inlata est:* quibus locis class. scriptores *in* nescio an praetulerint.

sciam toti te renuntiasse mundo. in Matth. I 5, 25: *renuntio tibi, diabole).* resulto VII 2, 1: *veritati resultantia et diversa.* VIII 14, 8: *difficultas itineris intersiti resultat optatis* (Plin. ep. VIII 4, 3: *barbara nomina versibus resultant);* contra V 17, 1: *a iusto longe resultat cum mihi assignas:* sed VIII 12, 5: *hic (te) tessera frequens eboratis resultatura pyrgorum gradibus expectat* abl. localem subesse censemus. socio III 13, 10: *sicut sodalibus — sociatur.* ibid. § 11: *si talium sodalitati sociere.* V 10, 2: *hunc .... Priscus consiliis suis tribunalibusque sociavit.* VII 15, 1: *mihi non amore solum.... sociamini.* VII 17 c. 1: *Abraham sanctis merito sociande patronis.* IX 2, 2: *olorinis cantibus anseres ravos ...sociaveris* (Cic. *cum*). superaggero VIII 13, 2: *praeterea his hoc praestantissimum bonis Fama superaggerat.* (Col. ?). superfundo V 20, 3: *tantum impudentia sese ingerentum ponderis habet, etiam fasci cum tributario nomine ipsorum nil superfunditur.* (Col. Plin. Min. Vell. Pallad.).

Neque aliter structum esse videtur adquiesco quanquam nullus extat locus quo utrum dat. sit intellegendus an abl. haud dubie discernatur. nam quoniam solus abl. cum hoc verbo coniunctus perraro invenitur (quanquam ap. Cic.), dat. autem a belli Africani auctore primo usurpatus et a Suet. (Tib. 56. Cal. 51. Vit. 14. Tit. 7) receptus apud Jureconsultos et eccl. scriptores percrebrescere coepit,[1]) dativum esse censemus his locis Sidonianis III 3, 9: *si quid nostratium precatibus adquiescis.* VIII 12, 8: *si quid iudicio meo censes adquiescendum.* V 19, 2: *tuis votis atque amicitiis hoc adquiesco.* IV 9, 3: *ferarum cursibus adquiescit,* denique VII 13, 3: *edulibus adquiescit.*

Substantivum a verbo ductum quod dativum regit ideoque et ipsum cum dativo coniunctum invenimus unum *coniunctio* IX 1, 1: *quod opusculo prius edito praesentis augmenti sera coniunctio est.*[2])

Adiectiva a quibus dativus pendet haec potissimum memoranda visa sunt:

aemulus (= adversarius) III 4, 1: *aemulorum sibi populorum* (poett. Plin. Tac.). aequus (= dignus) IV 18 c. 4: *(machina)*

---

[1]) cfr. Gölzer p. 315 qui complures non solum Hieronymi sed etiam aliorum locos attulit.

[2]) sed VIII 13, 4 non iam legitur: *cum legali observantiae servitutem gratiae libertate mutavit* (Sirm.), sed: *legalis.*

quae confessori non erat aequa suo: quod adiect. propter significationem magis quam propter structuram attulimus. asper VII 4, 3: *aequanimiter fero asperos mihi.* (Hor. Verg. Tib.). blandus IV 21, 4: *avus Fronto blandus tibi* (Plaut. Liv. Plin. Stat., Cic. *adversus* vel *in*). concolor VIII 9 c. 33: *algoso prope concolor profundo.* 10, 6: *caeruleae pallae concolor ipse socer.* 11, 106: *concolor Aethiopi* (Ov. Stat. Col. cett.). conformis IV 12, 1: *quantum naufragioso pelago conformis est motus animorum* (Vict. ap. Aug. de an. 4, 20). contumax 9, 217: *Mantua (= Vergilius) contumax Homero* (Sen. Thyest. 644: *populus contumax regibus suis).*[1]) discors 23, 437: *res difficilis sibique discors* (Ov. Sen. Sil. Liv. Vell. Tac.). diversus 23, 113: *diversas Arato vias cucurrit.* VII 2, 1: *veritati resultantia et diversa.* (Hor. Quint. Vell.). *exsors VIII 12, 8: *conflictui huic facies exsortem (hospitem).* invidus 2, 525: *nunquam non invida summis Emeritisque viris.* (Plaut. Ov. Hor. Sen. Nep., Cic. genet.). *liberalis VII 2, 3: *liberis parum liberalis.* *peregrinus 7, 397: *salsa peregrinum sibi navigat unda profundum* (sed II 13, 7: *cum suffita cinnamo ac ture cenatio spargeret peregrinos naribus odores* dat. a *spargeret* quoque pendeat). *plausibilis et favorabilis IX 13, 1: *versibus meis sententia tua tam plausibilis, tam favorabilis.*[2]) secundus (= inferior) IV 9, 2: *in equis instituendis nulli secundus.* IX 15 c. 28: *nullis secundus.* 9, 306: *et nulli modo Martium secundum.* 24, 81: *et nec Tetradio satis secundus* (Verg. Hor. Liv. Vell. Curt.) *severus IV 21, 4: *avus blandus tibi, sibi severus* (propter concinnitatem; IV 23, 2: *in se sever.),* denique substantiva ad adiectivorum naturam proxime accedentia *collega comes sodalis* VII 17 c. 2: *quos tibi collegas dicere non trepidem.* III 14, 2: *scurrilitati neglegentia comes.* IX 9, 13: *haec (philosophia) tuo lateri comes inseparabilis* (Plaut. Ov. Sil.). I 10, 1: *eum tibi sodalem veterem.* (Cic.).

De dativo commodi non est quod disseramus: cuius usus ap. Sid. non latius patet quam ap. vett. dativus autem finalis pariter atque ap. class. scriptores saepe aptus est ex verbis *dare*

---

[1]) sed minus recte et Klotz et Georg. laudaverint Mart. X 65, 7: quo loco legitur: *tu flexa nitidus coma vagaris: Hispanis ego contumax capillis* ita ut abl. potius videatur esse.

[2]) ita ut adiect. *plausibilis* hoc loco non significet quod Georg. dicit: *beifallverdienend, beifallswürdig,* sed *beifallspendend.*

esse habere vertere ut *vitio vertere, impedimento* vel *praepedimento* (VII 8, 2) *esse, cordi, curae, oneri, usui* cett. *esse*; II 2, 7: *eos (versus) nec relegisse desiderio est nec perlegisse fastidio.* VI 1, 4: *tibi avaritiae non fuit.* VII 1, 6: *esse obsecrationem vestram nobis saluti, ceteris imitationi, utrisque praesidio.* IV 22, 4: *quibus religio professioni est, humilitas appetitui, mediocritas obscuritati,* III 4, 1: *despectui,* I 5, 7: *divisui,* III 14, 2: *spretui esse* cett., IV 14, 3: *si videtur humilitas nostrae professionis habenda contemptui.* VIII 15, 1: *cui etiam illud gloriae datur* cett. quorum verborum dat. finalem regentium numerus ap. vett. arctis quibusdam finibus circumscriptus ap. senescentis latinitatis scriptores non mediocriter est auctus (cfr. Draeg. I 437 sqq.). atque ex Sid. vocc. supellectile haec maxime exempla afferenda censuimus. IX 12, 1: *primum ab exordio religiosae professionis huic principaliter exercitio renuntiavi, quia nimirum facilitati posset accommodari (= levitati verti) si me occupasset levitas versuum quem respicere coeperat gravitas actionum.* I 5, 6: *praecipue quod esui competeret deferebatur.* VII 17, 2: *quod funerando sacerdoti competeret impertiens.* VIII 3, 5: *cum proprio nihil esui aut indutui de pecude conferret.* V 5, 3: *negotiis mutuis arbitrum te disceptatoremque desumit.* II 9, 7: *quo facilius pectora marcida cibis cenatoriae fami exacueremus.* III 3, 4: *quae acies cum prius applicata esset oppugnationi non est explicata congressui.* IX 14, 9: *non minus laudi feretur.* VI 12, 9: *fieri periculo.* VII 7, 1: *terrori fieri.* VIII 6, 9: *formidini fieri* (opp. *securitati esse*). III 10, 2: *nisi tamen — preces oneri fastidiove reputabuntur:* praeterea damno 5, 77: *Scaevola — apposito dextram damnaverat igni.* 5, 324 sq.: *post quina Vitelli Milia famosi ventris damnata barathro* (Apul. Sulp. Sev. — Hier. in Gal. II 3, 20: *scriptura commemorat quod condemnaverint Jesum morti*). duco 16, 87 sq.: *nec secus intremui ac si me forte Rebeccae Israel aut Samuel crinitus duceret Annae.* venio 5, 102: *venturum excidio Libyae.* denique vivo III 3, 4: *vivens paucis voluptati, nullis amori, omnibus risui.* VI 12, 1: *(illum praecipue puto) suo vivere bono qui vivit alieno.*

Dativum cum passivo coniunctum in activa persona designanda ap. Caes. inveniri nusquam, raro ap. Sall., ap. Cic. saepe nec rarius ap. Liv. posterioresque scriptores legi Draeg. I 429 sqq. demonstravit. cuius usus ap. Sid. quoque multa

exempla extant ut III 7, 1: *utrique nostrum mos suus agitur.* VII 12, 3: *Gallias tibi administratas.* VII 2, 5: *summatibus deinceps et tunc comiti civitatis agnosci.* VIII 11, 3: *Lampridius modo primum mihi occisus agnoscitur.* VI 2, 1: *sive istud tibi peregrinatio brevis seu longum computetur officium.* I 6, 1: *mihi via carpitur.* II 8, 1: *effecerat ne patri sexus alterius suboles desideraretur.* V 8, 1: *seu nuptiales tibi thalamorum faces — describerentur.* I 5, 10: *haec mihi exarabantur.* VIII 9, 1: *versibus qui tibi solent effundi.* II 9, 1: *colles exercentur olivitori et vinitori.* IV 12, 3: *apices qui mihi ... maxime desiderabilis iudicabuntur.* I 8, 3: *tibi Lar familiaris incolitur.* c. 22 ep. § 1: *utrique nostrum Lar familiaris incolitur.* IV 17, 3: *multo opportunius .... tibi interrogabuntur incliti Galliarum patres.* VII 13, 1: *mihi raptim ac breviter inspectus.* VII 18, 1: *mihi nequeunt inveniri.* II 2, 12: *cyathi siticuloso cuique ne dicam tibi granditer abstemio metuerentur.* VII 2, 2: *cur mihi materia longius quaeratur expetaturque.* VI 10, 2: *mihi fraternitatique istic sitae pagina tua veluti polo lapsa reputabitur.* 7, 392: *rura tenta feroci Getae.* 24, 5: *antiquus tibi nec teratur agger.* VI 3, 1: *nostra mediocritas . . . vestrae facile vincatur,* quin etiam 6, 27: *Enceladus patri iacuit fratrique Typhoeus: iacere* enim i. e. q.: *prostratum esse* cfr. Ovid. *per me iacet inclitus Hector* cett.

Quam quaestionem brevi absolvissemus, nisi error Baretianus commemorandus et corrigendus esset. namque editionis suae p. 110 ille adnotavit Sid. summa libertate et in epp. et in carmm. usum esse ablativo. ad quam sententiam firmandam praeter alia hoc exemplum adiecit: *Origenes Turranio Rufino interpretatus sedulo fidei nostrae lectoribus inspiciebatur: Turranio Rufino* igitur et *lectoribus* ablativos esse censuit. in quem errorem minime incidisset si Sidonii usum dativi cum ablativi usu paullo diligentius composuisset. nudus enim abl. pro *a* c. abl. rarissime invenitur idque in carmm. tantum ut 7, 299: *nil milite fractus* et 5, 337: *Arzuge Marmarida Psyllo Nasamone timetur:* dat. saepissime inveniri etiam in epp. ex exemplis a nobis modo adlatis haud dubie cognoscitur.

L i b e r i o r i s d a t i v i p r o g e n i t i v o u s u s unum exemplum non transeundum visum est I 6, 3: *num minus est tuorum natalium viro personam suam excolere quam villam?*

Restat ut alius dativi usus ap. Sid. aliosque scriptores Gallicos

obvii mentionem faciamus.[1]) pro ablativo enim quem ap. class. scriptores comparativis adiunctum esse haud infrequenter pro *quam* et nominativo vel accusativo constat nonnunquam invenitur dativus ut IV 4, 1: *mihi quidem maior hic natu.* VII 12, 4: *prior est in prima mensa conviva postremus ei qui primus fuerit in secunda.* VII 9, 6: *qui sit etiam mihi usu institutione, facundia privilegio, tempore aetate praestantior.* I 9, 1: *habet huic eminenti scientiae conscientiam superiorem.* V 10, 3: *tua tam spectabilis dictio est ut illi divisio Palaemonis, gravitas Gallionis abundantia Delphidii ... non modo non superiora sed vix aequiperabilia scribant:* denique VII 14, 8: *sicut inferior est caro vitae sic vita rationi.* quanquam abl. quoque legitur ut I 9, 1: *non isto quisquam viro est praestantior.* VIII 12, 5: *parum inferior parente Paulinus* cett.: ita ut quibusdam locis minime possit diiudicari utrum hic an ille casus intellegendus sit ut VII 9, 18: *viro Eucherium et Pannychium inlustres haberi superiores.* VII 12, 4: *praestantior computatur honorato maxime minimus religiosus.* VII 14, 4: *animum tuum membris duco potiorem* cett.

§ 17. De usu genetivi.

Ad verba accusandi a quibus ap. Sid. pariter atque apud bonos scriptores genetivus pendet accesserunt **culpare impetere notare* ut VIII 13, 2: *potui taciturnitatis hucusque culpari* — nec minus insolenter VII 9, 10: *si indulgentem (proferimus), facilitate culpatur —:* VII 9, 10: *edacitatis impetitur.* VIII 7, 2: *cupiditatis notari* (Gell. IV 12, 2: *eques Romanus impolitiae notabatur.* Hier. c. Joh. 23: *ne ... dum volo alium notare culpae, ipse noter calumniae.* ibid.: *et si tibi postea non placuerint, tunc nos calumniae denotabis*).

Adiectiva relativa et participia praes. act. cum genet. coniuncta extant haec: *compos* (IV 12, 3: *recti compos animus.* IX 16, 2: *compotem officii* Cic.) et impos VII 14, 8: (*cuius rationis*)

---

[1]) quem usum ap. alios quoque Gallos inveniri testatur Fridolfus Gustafsson praef. libelli cui inscribitur: *de Apollinari Sid. emendando* (Helsingforsiae 1882) p. 1: *docuit enim Petersenus dativum comparativo adiungi et ap. Sid. et ap. alios Gallicos certe scriptores.* sed ipsas observationes Peterseniananas inspicere non potuimus. Wölfflin autem libelli de comparat. conscripti pp. 49—53 hunc usum silentio praeteriit.

assequendae substantiam nostram compotem Deus artifex, ferinam vero impotem fecit (Plaut. Sen. Front. Apul.). doctus IX 3, 5: *utrarumque doctissimus disciplinarum* (Verg. Gell. Prisc. Aug.). c. abl. 1, 8: *doctior hic citharae pulsibus, ille lyrae.* inpatiens III 12, 2: *morae exiguae inpatiens* (Ov. Curt. Plin. Min. Mel. Tac.). — 5, 140: *ergo animi dudum impatiens.* iners I 4, 2: *militandi inertibus* (*homines belli inertes* Naev. ap. Macr. sat. VI 5, 9). medius III 7, 1: *tu retices vel bybliothecarum medius vel togarum.* VII 6, 10: *tu sacratissimorum pontificum ... urbe ordine caritate medius inveniris* (Caes.): sequ. abl. II 9, 9: *domibus medius it Vardo fluvius.* IV 13, 4: *quem (rubum) ... genitis gignentibusque floribus medium.* IV 20, 1: *cursoribus suis sive pedisequis pedes et ipse medius incessit* (Vell.: *Megara media Corintho Athenisque urbs).* *negotiosus VIII 8, 1: *ruralium operum.* parcus III 5, 2: *sui.* 5, 148: *et puer est cupidus numquam sed parcus habendi* (Hor. Luc. Sil. Tac. Suet. Justin.). parcus — prodigus I 11, 5: *pecuniae per avaritiam parcus, per ambitum prodigus* (Plaut. Hor. Ov. Vell.). *peculiaris (= familiaris) II 13, 3: *solus iste peculiaris tuus.* praescius III 12, 3: *meae causae suaeque personae praescius.* II 1, 1: *quasi praescia futurorum fortuna* (Verg. Tac. Lact.). *praevius V 16, 1: *litteras adventus sui praevias.* promptus VII 17, 4: *parendi quam imperandi promptior* (iam Sall. post eum Just.). *rebellis v. *sequax.* sollicitus IV 22, 3: *totius orbis.* V 3, 2: *tui* (Sen. ad Marc. XIX 6: *futuri*): denique III 13, 2: *beneficii *inportunus petendi ... callidus reformandi* (Col. Tac. Amm. Porphyr.) ... **querulus flagitati, *garrulus restituti.* alienus autem (VII 9, 22: *vir est totius popularitatis alienus*) iam ap. Cic. et Sall. cum genetivo coniunctum extat (cfr. Draeg. I 478) nec est quod Baretus p. 109 hunc genetivum in poetarum imitatione positum esse dixerit.

Quibus adde adiectiva verbalia in *ax* desinentia: capax II 12, 1: *lembum lecti capacem.* V 9, 1: *vir omnium virtutum capacissime.* IX 14, 3: *te gloriae pariter ac famae capacem* (Ov. Liv. Plin. uterq. Tac. Vell. cett.). ferax II 9, 9: *piscium delicatorum.* 24, 50: *assiduae procellae* (Hor. Ov. Liv. Plin. Min.). seq. abl. 23, 88: *Caesaribus creandis* (Verg. Ov. Quint. Plin. Min.). sequax VII 1, 6: *cuius confestim sequax humilis turba consilii.* VII 17, 3: *cuius disciplinae si qui rebelles, ipse castiga; si qui sequaces, ipse conlauda (sequax* pro subst. positum et cum genet.

coniunctum ap. Manil. 5, 143: *Bacchi Venerisque.* Cassiod. h. eccl. 6, 23: *Meletii sequaces.* ibid. 1, 13: *sequaces eorum*). — abstinens 23, 225: *solemnis lucelli* (Hor. Plin. Min. Lact. Sen. Capitol.). abundans 2, 239: *feritatis* (Verg. Nep. Cornif. Cassiod.); IV 8, 2: *herbis abundans.* *continens VIII 3, 5: *continentem pecuniae.* IX 3, 7: *continentissimus censendi* (Caes.: *ne continentior in vita hominum quam in pecunia fuisse videatur*). servans II 3, 1: *vir amicitiarum servantissime* (Verg. Auson. Boët. cfr. Gg.).

Ex poetarum autem imitatione profectam esse locutionem *vacantem corporum* Baretus pag. 109 per errorem seu potius ne dissimulanter loquamur per levitatem dixit: namque III 12, 1 non solum Sirmondus sed etiam ipse Baretus sic interpunxit: *quae fuit causa ut locum auderent, tanquam vacantem, corporum baiuli rastris funebribus impiare.*

Quibus adiectivis et participiis liceat nobis adiungere substantivum urticae propter intellectum translatum magis quam propter structuram necessario ex eo profectam VIII 8, 3: *si sola te propagandae rei familiaris urtica (= cupiditas flagrans) sollicitat.*

Genet. qualitatis ap. bonos scriptores nisi cum adiectivis coniunctum non inveniri constat. cuius structurae satis elegantis ap. Sid. multa exempla extant nec est cur singula afferamus. sed simplex gen. qual. substantivo cuique adpositus a veterum usu prorsus abhorret. cuius haec potissimum exempla investigavimus IV 24, 6: *vir caritatis.* V 1, 1: *litterarum viro.* II 13, 1: *Marcellinus homo peritus virque amicorum.* V 17, 8: *rem caritatis.* V 20, 4: *res commodi.* VII 6, 4: *ordinis res est* (ter). VI 1, 4: *ulcera digitis exhortationis contrectare.* VII 2, 10: *qui indocto negotium prolixitatis iniungit.* VIII 6, 7: *lex de praescriptione tricennii.*[1]) 15, 51: *post docta silentia lustri.* 23, 299: *carminis atque fabularum .... bilustre bellum:* quae locutiones iam proxime accedunt ad Francogallorum dicendi formulas: *un homme de lettres, une chose d'avantage* cett. (Hier. ep. 44: *nos epistulas remittimus gratiarum.* Apul. apol. c. 75: *homo iustus et morum.* Symm. I 72; *homo litterarum* cfr. Draeg. II 462). sed etiam quae leguntur VII 14, 1: *virum omnium litterarum* et VII 16, 1: *facis rem tui pariter et amoris et moris* quanquam substantivis quibusque adiec-

[1]) *praescriptionis* nomen sensu forensi usurpatum videtur (= *Verjährung*).

tivum vel pronomen adiunctum est ab elegantiore dicendi genere discrepent. nec minus aliena a veterum usu genetivi qualitatis cum nudo nomine proprio vel pronomine omissa appositione vel adiectivo coniunctio est ut 9, 305: *Messalam ingenii satis profundi.* 23, 145: *quid vos eloquii canam Latini?* denique 23, 167: *quid multos varii stili retexam?* —

G e n e t i v i   p a r t i t i v i sescenta exempla extant: quae tantum abest ut afferamus omnia ut ea sola memoremus in quibus ille genetivus aptus est vel ex adverbiis vel ex pronominibus adiectivisque pro substantivis positis ut III 3, 2: *undique gentium.* ibid. § 8: *undique locorum.* IX 13, 4: *undique urbium.* 7, 119: *undique caeli.* I 5, 5. I 11, 2. II 2, 11. II 14, 1. IV 8, 2. VII 13, 1. VIII 10, 2: *quo loci* (= ubi). IV 1, 5: *quoquo loci* (VII 4, 1: *quoquo loco).* 16, 127: *quocumque loci.* VIII 11, 4: *quo rerum.* VIII 7, 1: *ubinam gentium.* VI 1, 5: *eo necessitatis accessi.* VI 4, 2: *eo facinoris accessit.* III 3, 6: *eo condicionis accesseras.* V 1, 2: *aliquid neniarum.* IV 18, 6: *obtulimus quod cantilenae recentis obviam manui fuit.* IV 16, 2: *quicquid fraudis.* VII 6, 9: *quid spei.* I 11, 1: *id agens otii idque habens aevi.* IV 6, 2: *ad hoc aevi.* V 3, 3: *extremum salutis.* II 10, 2: *summum coepti operis.* VI 1, 6: *interioris hominis nostri ... integrum.* II 13, 4: *pristinae quietis dimensum.* I 5, 6: *in medio undarum.* II 2, 19: *in medio profundi.* VIII 3, 5: *in medio nationum delibutarum.* VIII 6, 14: *in medio fluctuum scopulorumque.* VIII 14, 3: *in medio plebis.* 5, 515: *ad rupis medium.* I 6, 1: *a profundo domesticae quietis.* III 3, 5: *de concavo cassidis.* III 13, 6: *e concavo molarium conputrescentum.* 16, 8: *per concava gurgitis.* 22, 4: *per concava montis.* IV 10, 1: *peregrinationis adversa.* I 5, 1: *peregrinationis meae coepta.* VIII 12, 5: *sereni brumalis infida.* ib. § 1: *dubia viarum.* § 2: *secreta regionum fabulosarum.* IX 14, 5: *subdita viae culta.* 11, 31: *naturae inculta.* IV 22, 3: *tota publicarum rerum secreta.* I 5, 8: *amoena fontium, abstrusa puteorum ... vitrea Velini gelida Clitumni, Anienis caerula Naris sulpurea, pura Fabaris turbida Tiberis.* II 10, 3: *huius aedis extimis.* IV 6, 1: *ad infamanda casuum incerta.* III 8, 1: *in haec miseriarum extrema.* III 4, 2: *propter criminum occulta.* 15, 61: *per summa polorum.* 9, 103: *per ima ponti* cett.

I n   s a c r o r u m   l i b r o r u m   d i c t i o n i s   i m i t a t i o n e positae sunt hae locutiones: IX 9, 6: *Riochatus ... istius mundi bis pere-*

grinus. VI 12, 1: *opera caelorum* (*ἔργα τοῦ σκότους* Ro. XIII 12. Eph. V 11). VII 6, 4: *sanctorum sancta* (*ἅγια ἁγίων* Hebr. IX 3). VI 10, 2: *domesticis fidei* (*οἱ οἰκεῖοι τῆς πίστεως* Gal. VI 10). VIII 14, 6: *cum sinceritatis et veritatis azymis* (Cor. I 5, 8: *ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας*). ibid.: *propositionis panem* (*οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως* exod. 35, 13 regg. II 7, 48. Matth. 12, 4).

Reliquum est ut unum commemoremus locum quo genetivus more graeco comparativo adiunctus est 11, 52: *magnorum maior avorum:* qui genetivi usus quanquam iam singulis Taciti Vitruvii Suetonii locis invenitur tamen ap. Apuleium demum ex quo quinque exempla repetiit Draegerus I 494 sq. aliosque senescentis latinitatis scriptores coepit crebrior esse (Tert. apol. 40: *maiorem Asiae et Africae terram.* Amm. XVI 12: *sui spectatior.* Hier. ep. 108, 3: *minimaque fuit inter omnes ut omnium maior esset.* in Matth. II 11, 11: *non enim sequitur ut si alii maiores eo non sunt ille maior aliorum sit.* Rufin. h. m. 9: *maiora horum signa facietis.* in cant. II p. 390 L. *horum omnium invenimus inferiores alios.* *περὶ ἀρχῶν* I 1, 17: *quod anima praestantior sit totius naturae corporeae* cett.).

§ 18. De usu ablativi.

Verba vel composita vel simplicia a quibus ablativus pendet praeter classicorum scriptorum usum collegimus haec:

decĭdo III 13, 8: *decidit honor umeris, decor bracchiis, robur lacertis* (semel Caes., praeter eum poett. et scr. p. Aug.). discerno 15, 111: *vero valent discernere falsum* (Verg.). — VIII 2, 2: *solebat ultimo a quoque summus quisque discerni.* discingo I 7, 3: *potestate discinctus* (Mart. Sil.). elabor II 9, 2: *ne quo casu dispositis officiorum insidiis elaberemur.* III 3, 3: *non potest umquam civicis pectoribus elabi* (rarissime ap. Cic. qui *de* vel *ex* plerumque adposuit id quod ipse Sid. fecit IV 18, 3: *e manibus elabitur).* — c. dat. VII 17 c. 7: *elapsus regi truculento Susidis orae* (Lucr. et scr. p. A. cfr. Draeg. I 511). *elimino IV 10, 1: *me soli patrii finibus eliminatum.* VII 6, 9: *quos cathedris sibi traditis eliminatos....* *eluminatus VIII 11, 11: *gemino obtutu.* emungo VII 2, 8: *non parvo corollario facilitatem credulitatemque munificentiae socralis emungens.* IX 7, 1: *scribam tuum .... copiosis-*

simo declamationum tuarum schedio emunxit. (com.) *exauguro I 7, 11: *privilegiis geminae praefecturae ... exauguratus.* *explodo I 5, 9: *omnem protinus sensi membris male fortibus explosum esse languorem.* paupero II 2, 17: *non ut fluctibus, sed ut piscibus pauperaretur.* IV 11, 4: *censu pauperatus* (Plaut. Hor. Firmic.). scaturrio I 1, 4: *volumina percopiosis scaturrientia sermocinationibus.* VIII 10, 2: *scaturrit mundis similibus exemplis* (Cael. ap. Cic. Col. August.). *sequestro VI 3, 4: *antesignanorum paulisper contubernio sequestratus.* — I 11, 10: *Gratianensis omni ab infamia vir sequestrandus.*[1]) viduo VII 5, 1: *civitas summo viduata pontifice* (Verg. Col.). quorum verborum plurimis notionem aut abundandi aut liberandi aut removendi aut orbandi inesse intellegis.

Nudus abl. localis (pro *in* c. abl.) non infrequens est cum in epp. tum in carmm. ut I 5, 10: *Transalpino tuo (sc. praedio) latēre.* I 11, 10: *cornu sinistro iacere.* VII 6, 8: *videas armenta .... semipatentibus iacere vestibulis.* IV 17, 2: *(sermonis pompa Romani) Belgicis olim sive Rhenanis abolita terris.* I 1, 4: *si et hisce deliramentis molarem invidia non fixerit.* V 10, 4: *fixum est radicatumque pectoribus humanis.* VII 1, 3: *stupenda foro cubilia collocabat audacium pavenda mansuetudo cervorum.* II 8 c. 3 sq. *hoc flentis patriae manus locarunt Matronam Filimatiam sepulchro.* 2, 4: *scribere bis fastis* (= inscribere in f.). IV 11 c. 3: *hoc dat caespite membra Claudianus.*[2]) 7, 182: *saxum vulnere sedit.* ibid. 183: *Nemeae dum saltibus errat.* 189: *lustris recubare feras* cett. *labi* sensu proprio c. abl. iunctum pro *de* ut VI 10, 2: *pagina tua veluti polo lapsa* et 18, 6: *contigui collis lapsa supercilio* poetarum et scriptorum posteriorum est (Caes. *spe labi*). quae autem leguntur 16, 45 sq. *ut mortua membra Lecto, sandapila, tumulo consurgere possint* sine ullo exemplo videntur esse.

Abl. instrum. exempla insigniora non invenimus. commemorandum autem nobis visum est ex similitudine verborum *excipere*

---

[1]) haud alienum visum est Sid. huius verbi usum nonnullis aliis exemplis demonstrare IV 24, 1: *nil loco fiduciae pignorisque sequestrans = deponens* sensu forensi. I 2, 8: *regiam sequestrat tantisper severitatem = deponit* sensu translato. denique V 20, 2: *sequestratis oscula impingunt* eodem quo VI 1, 3 sensu.

[2]) ceterum cfr. Gustafsson l. l. p. 74 qui pro *hoc dat* coniecit *condit.*

ut I 9, 1: *Pauli ... venerandis Laribus excepti* et *suscipere* I 5, 9: *conducti deversorii parte susceptus* verbum *admittere* cum solo ablativo eoque instrumentali non locali esse coniunctum IV 23, 3: *revertentem non domo solum sed et pectore admittas* ac similiter *condere* II 2, 17: *(fluvius) lacu conditur.*

Abl. temporis nonnunquam pro accusativo positus extat ut 1 9, 7: *quae (charta) pro me interim dum venio diebus tibi pauculis sermocinetur.* I 11, 6: *solus inventus est qui mensibus multis ... tribunal inlustrium potestatum ascenderet.* II 1, 2: *toto die ... armatus.* II 6, 1: *amicus longo istic tempore inspectus.* IV 10, 1: *annis ipse iam multis insalutatus.* IV 18, 3: *multis ... diebus otiabundus.* IX 13, 6: *pari tempore absentans.* 2, 275: *quae te sic tempore multo In vallo positum stupuit.* 16, 65: *cum tectis tempore longo Irrupit festina salus:* qui ablativi pro acc. usus quanquam iam ap. Cic. et Caes. (cfr. Draeg. I 534) raris locis exstat ac tum maxime cum significatur intra quod tempus quidque factum sit, tamen ex Taciti demum et Suetonii aetate magis magisque percrebrescere coepit (Hier. in Eccl. 6: *etiamsi ... duobus millibus vixerit annis* id. reg. Pachom. 49: *manebit paucis diebus* cett. Paulin. v. Ambr. 27: *ubi cum aliquantis degeret diebus.* Rufin. h. monach. 9: *tribus diebus permanens apud eos*).

Contra abl. mensurae cum *abesse* similibusque verbis coniunctus satis elegans est ut IV 24, 2: *quamquam villa non paucis aggere a publico milibus abesset.* V 17, 4: *quod (conditorium) nec impleto iactu sagittae separabatur.* II 2, 3: *(colles) quattuor a se circiter iugerum latitudine abductos.*

Abl. denique qualitatis caussae pretii materiae relationis exempla enumerare supersedimus quoniam insigniora non extant. atque comparationis etiam ablativum silentio praeteriissemus quandoquidem paucissima illa exempla magis conspicua carminum sunt nec discrepant a veterum poetarum usu liberiore, nisi unus locus commemorandus esset VII 14, 3: *quo (homine) nihil aeque miserum destitutumque nascendi condicio produxit:* quo loco Sid. ablativum *quo* posuisse videtur quasi non *nihil aeque miserum* sed *nihil miserius magisve destitutum* subsequeretur.

2. De usu praeverbiorum.

§ 19. De praepositionibus sexti casus: *ab abusque absque de prae pro.*

1. ab a) coniunctum cum verbis et adiectivis a quibus ap. bonos scriptores abhorruit ut mutor IX 3, 4: *nil ab abbate mutatus per sacerdotem* (Verg. Ambros. cfr. Gg.). peregrinor ibid. *inchoemusque ut a saeculi lucris sic quoque a culpis peregrinari* (Ambr. Vulg. Aug. cfr. Gg. Hier. ep. 108, 1: *peregrinata est a Domino*). suspendo aliquem ab aliqua re (= deduco) VII 9, 21: *nec illum a proposita devotione suspendit vel tenacitas senum vel intuitus parvulorum.* 7, 399: *Vesorum proceres raptim suspendit ab ira Rumor.* dissimilis IV 24, 3: *multum ab antiquo dissimilis incessu* (Lact. Porphyr. cf. Gg.).

b) coniunctum cum gerundio sine caussa graviore I 2, 5: *si ab alterutro errandum est* et VI 3, 1: *non ego tantum mei meminens non sum ut a meis praesumam partibus aequali officiorum lance certandum.*

c) usurpatum pro solo ablativo vel alia praepositione in caussa indicanda vel instrumento ut I 4, 2: *a desperatione.* I 7, 2: *ab affectu profundiore.* II 1, 2: *a metu ... ab avaritia ... a cupiditate ... a vanitate ... a iactantia ... ab impudentia.* V 20, 2: *ab ambitu clam rogant singulos.* II 10, 3: *ab hexametris eminentium poetarum ... basilicae latera clarescunt.* 5, 338: *ingenti ferrum iam nescit ab auro.* 7, 298: *Gallia — Getica pallebat ab ira.* 11, 28: *asper ab assiduo lympharum verbere pumex.* 2, 67: *tali tu civis ab urbe Procopio genitore micas.* 2, 380: *suis hic ultus ab armis* cett. qui usus a Cic. et Caes. alienus et ap. cett. scriptores meliores rarus poetarum magis proprius est (cfr. Draeger I 623 et 548 sq.).

d) in locutione insolentiore *ab exemplo* quae legitur quater III 12, 4: *ne quid in posterum casibus liceat quos ab exemplo vitare debemus* (= exempli caussa, exemplum aliis ad imitandum propposituri). IX 15, 1: *quod et ipse decantes, mittam ab exemplo.* IV 22, 2: *idque ab exemplo nunc melius aggrederis* eodem sensu ut videtur quo III 12, 4: sed VIII 16, 5: *sicut istic nil acre, nil eloquens, ita nihil inditum non absolutum, non ab exemplo* secundum

Francogallorum interpretationem [1]) i. e. q. *carens exemplo, inusitatum (rien d'inusité).*

a b u s q u e praeverbium a Vergilio primo usurpatum et ab argenteae aetatis et posterioribus scriptoribus (Sen. Tac. Apul. Aur. Vict. cett.) receptum legitur VIII 16, 4 idque postpositive: *verba saliaria vel Sibyllina vel Sabinis abusque Curibus accita* (cfr. Draeg. I 646).

2. a b s q u e quam praepositionem app. vett. praeter Plautum et Terentium non inveniri docet Draeger I 638 excepto uno loco Ciceroniano eoque epistulari quo τῆς κακοφωνίας declinandae caussa posita sit [2]) postquam a Quintiliano semel (I 2, 24: *absque sententia)* usurpata ap. Apul. et Gell. increbrescere coepit ap. Sid. saepe legitur ut IV 16, 2: *absque virtute.* VI 4, 1: *absque intermissione.* VII 1, 4: *absque peccato.* VII 12, 4: *absque conflictatione.* IX 11, 6: *absque temporis fixi praescriptione.* c. 22 ep. § 3: *absque interprete.* IX 15 c. 30: *Latiare carmen ... absque Dorico.* II 8, 1: *non absque iustitio.* VIII 15, 1: *non absque iustitia.* II 9, 9: *non absque sermonibus salsis.* V 17, 9: *non absque arbitris.* [3])

Hoc loco haud alienum videtur alterum vocabuli *sine* synonymum commemorare *procul* quod cum nudo abl. *dubio* sine *ab* coniunctum legitur sexies I 4, 1. IV 1, 4. IV 8, 5. V 5, 1. VII 8, 1. IX 14, 3, semel cum *ambiguo* VI 1, 3. (VIII 11, 11: *quis ab hominum tam procul sensu.*)

3. d e omnium praeverbiorum senescentis latinitatis maxime peculiare saepissime ap. Sid. extat. coniunctum autem invenitur

a) cum verbis cum *ex* compositis:

e l i c e r e II 2, 8: *fluvium de supercilio montis elicitum.* e r u d e r a r e V 15, 1: *(volumen) de supervacuis sententiis eruderatum.* e v o l v e r e III 3, 6: *turbam de qua te nec armatus evolveres.* e x c i p e r e 2, 427: *de nocte recussa Excepti ... rores.* e x i g e r e

---

[1]) *Oeuvres de C. S. Ap. Sid. traduites en français avec le texte en regard et des notes* par J. F. Grégoire et J. Z. Collombet, 3 voll. Lyon et Paris 1836.

[2]) ad. Att. I 19, 1 *nullam a me solo epistolam ad te sino absque argumento ... evenire.* altero autem quem H. Rönsch p. 390 attulit loco de inv. I 36: *quaedam (argumentatio) in qua nihil valet absque approbatione* longe plurimi editores *sine* scribunt.

[3]) multa Hieronymi aliorumque scriptorum posteriorum congesserunt exempla Gölzer p. 337 sq. et Rönsch p. 390.

VIII 6, 15: *de capite captivo magis exigere tormenta quam pretia.* exire 11, 6: *exit ... de rupe sinus.* expedire VII 8, 2: *consulentem de scrupulo incursae ambiguitatis expedias.* extrahere VIII 11, 12: *criminis veritatem de pectoribus invitis tormentorum terror extraxit.*

b) cum verbis aliter compositis:

affectare IX 9, 14: *de vestium discretione superbiam.* assumere VII 9, 14: *sibi assumere metropolitanum de religiosa congregatione.* 16, 18: *adsumptum pecorosi de grege Jesse ... regem.* coire 11, 8: *sic tamquam toto coeat de lumine caeli Artatur collecta dies.* complere 16, 64: *expresso complens de vellere pelvem.* conficere IX 9, 15: *remedium ... et de serpente conficiunt.* congregare IX 8, 2: *spoponderunt filios Dei de nationibus congregandos.* coniectare IX 14, 3: *de orationis tuae qualitate coniecto.* procedere VII 4, 2: *de temperata communione.* proficisci I 5, 1: *huiuscemodi studium de affectu interiore proficiscitur.* progredi V 17, 10: *de receptorio.* propinare VI 1, 4: *de apotheca altissimae dilectionis sectandae nobis humilitatis propinare mensuram.* prorumpere V 5, 2: *quasi de †harilao vetere novus falco prorumpas.* provenire VIII 2, 3: *de tua schola ... lectorum turba proveniet.* se recolligere V 17, 7: *de ruinoso flexu.* redire 5, 424: *de pelago ad cymbam.* referre VIII 10, 3: *de suggestu plus gloriae.* IX 14, 9: *de palaestra publici examinis referre suffragia.* reversus IX, 10, 1: *nuper de Biterrensi.* summoveri V 17, 7: *de loco.* transferre VII 9, 14: *ad clericatum de saeculari professione translatus.* IX 3, 4: *precum quas de palaestra congregationis heremitidis et de senatu Lirinensium cellulanorum in urbem transtulisti.* transfugium facere VIII 13, 3: *ad Christum de circumcisione.* transire 22, 28: *transiit olim In patrium de matre femur.*

c) cum verbis simplicibus:

ardere 15, 131: *ardebat gravidum de fragmine fulminis ostrum.* capere 15, 5: *caput maius serenum De terrore capit.* dici 5, 376: *perque Cani quondam dictos de nomine campos.* ducere VI 6, 1: *ne vester affectus quandam duceret ut gladius inpolitus de curae raritate robiginem.* esse 11, 17: *hic lapis est de quinque locis.*[1]) 23, 104: *et tu qui, Periandre, de Corintho es.* fetere —

---

[1]) quanquam Luetioh. aliter interpunxit.

tumere IV 14, 3: *in ordinis nostri viris, etsi adhuc aliquid de neglegentia fetet, iam tamen nihil de superbia tumet.*[1]) formari II 11, 2: *gerulos litterarum de disciplinae tuae institutione formatos.* habere VII 17 c. 20: *quae lanigero de sue nomen habent.* madere 22, 25: *madet ardua cervix Sudati de rore meri.* manare II 5, 2: *de fonte.* migrare 15, 97: *Socratica secta quae de naturae pondere migrans.* ... mutuari I 5, 7: *Rubiconem qui originem nomini de glarearum puniceo colore mutuabatur.* V 11, 3: *maximam me formulam vitae de moribus tuis mutuaturum.* VIII 16, 2: *nil de triviis compitalibus mutuatum.* nasci IV 13, 4: *rubo quem de rosis natum* ... parere V 2, 1: *Camenarum quae propriam de se sibi pariunt nuncupationem.* pati I 7, 3: *pati de occurrentum raritate suspicionem, de assiduitate fastidium.* V 4, 2: *quoddam patiuntur de nostra sedulitate fastidium.* VII 1, 1: *solam moram ... de nostra tantum obice patiuntur.* rapere 16, 60: *de morte* (22, 54 et 23, 352 sensu locali). rubescere 22, 160: *certasque rubescere plagas Sanguineo de rore meri.* splendere 11, 104: *splendet perspicuo radios rota margine cingens Marmaricae de fauce ferae.* sumere IV 11 c. 20: *nam de pontificis tenore summi Ille insignia sumpsit, hic laborem.* surgere 22, 127: *domus de flumine surgunt.* timere VII 10, 1: *nunc periculum de vicinis timet nunc invidiam de patronis.* trahere IX 12, 1: *pagina quae trahit multam similitudinem de sale Hispano* (7, 45 sensu locali). venire II 11, 2: *raritatem colloquii de prolixa terrarum interiectione venientem.* VII 9, 17: *de sacerdotali stirpe veniebat.* 5, 521: *frigus de morte venit.* 10, 7: *nympha veniens de gurgite.* vindicare sibi IV 13, 2: *solam sibi vindicat de senectute reverentiam.*

d) cum verbis et substantivis pro aliis praepositionibus vel simplicibus casibus:

diffidere VII 1, 4: *de Deo.* (Eutr. III 18: *de belli eventu*). *incipere IX 6, 3: *de maxumis* (I 5, 1: *ordiar a secundis*). *mederi VII 6, 1: *iniquitas mea tanta est ut mederi de lapsuum eius assiduitate vix etiam tuae supplicationis efficacia queat.* *vindicare II 10, 1: *meram linguae Latiaris proprietatem de trivialium barbarismorum robigine vindicare* (Hier. ep. 22, 5:

---

[1]) ad quem locum quae adnotata sunt in indic. ed. Luetioh. p. 461: *fetare intransitive* quid sibi velint non perspicimus.

liberare de poena). cura VII 13, 2: *summa homini cura de litteris*. *desiderium VII 11, 1: *desiderio de vobis meo satisfacere*.

e) usurpatum in significanda origine caussa materia instrumento modo denique pretio: III 13, 6: *ructatio de dapibus hesternis*. IV 8, 3: *nebula de pulvere*. V 17, 4: *de loci turbarumque compressu deque numerosis luminibus inlatis nimis anheli*. 7, 502: *socium de Marte genus*. 7, 103: *fio lacerum de Caesare regnum*. 7, 113: *Nerva ... adoptivo factus de Caesare maior*. 7, 181: *stravit arrepta de caute lupam*. 2, 86 et 7, 452: *de more*, denique 2, 454: *res empta mihi est de sanguine Crassi*.

f) pro genetivis vel partitivis vel aliis ut VI 4, 1: *unam feminam de affectibus suis* cett: quae enumerare supersedimus quoniam praeverbii *de* pro partitivo genetivo positi exempla Sid. cum veterum usu prorsus congruunt. pro aliis autem genetivis *de* positum videtur esse usu ad Francogallorum formationem genetivi iam proxime accedente III 13, 2: *est hic gurges de sutoribus fabularum, de concinnatoribus criminum, de sinistrarum opinionum duplicatoribus*. VII 9, 18: *si annos ipsius computemus, habet efficaciam de iuventute (= iuvenum), de senectute (= senum) consilium*. 7, 580: *iam prius induerat solas de principe curas*. ac forsitan huc referenda fuerint exempla supra iam adlata: *nebula de pulvere, ructatio de dapibus hesternis, cura de litteris, desiderio de vobis* cett. saepe enim difficile fuit ad discernendum utrum huc an illuc exempla quaeque pertinerent.

4. prae adverbii loco positum I 9, 7: *moneo praeque denuntio* (Claud. Mam. cfr. Engelbrecht l. l. p. 519 qui ibidem de significatione [= prae omnibus, inprimis, valde] disseruit).

5. pro a) = ὡς non modo cum verbis putandi ut VII 9, 12: *solam clericatus diuturnitatem pro meritis autumant calculandam* sed etiam cum aliis saepissime coniunctum.

b) in caussa indicanda ut I 2, 4: *pro consuetudine potius quam pro ratione*. VI 12, 6: *in caelum relatus pro reperta spicarum novitate*. VII 2, 8: *pro hyperbolicis instrumentis coepit actionem repetundarum proponere*. VII 4, 1: *segnius domum pro munificentiae vestrae fasce remeavit*. 22, 196: *non ulla magis nurus.... illustris pro sorte viri*. 23, 153: *pro ingenio fluente* cett. (cfr. Gölzer p. 343). quocum usu arctissime cohaeret huius praepositionis cum verbis et nominibus affectuum coniunctio ut erube-

scere III 9, 1: *pro culpis alienis* (Aug.) gratulari IV 24, 4: *gratulari me pro sui status apice confirmo.* (Plin. Min.) *pallere v. infra. *pavere IX 14, 2: *mihi pro te paventi.* *trepidare 5, 189: *trepidans pro fasce Metabus.* *maeror VIII 6, 16: *pro sodalibus ... frequenter incutiunt et tuta maerorem.* anxius V 6, 1: *pro te parum minus anxius* (Ov. et Plin. Min.). *trepidus V 3, 1: *trepido pro vobis animo* (Ov. met. 9, 107: *intrepidum pro se*). pro qua structura dativus ap. vett. usurpatus ap. Sid. quoque legitur ut VIII 6, 17: *his quos amplius diligimus plus timemus* atque interdum ambiguitatis vitandae vel metri caussa in eadem sententia utraque structura extat ut IX 14 prima paragraphus desinit sic: *parum possis .. tibi timere,* altera subsequens incipit: *sed Deus mihi pro te paventi* ... et 15, 172 sq. legitur: *aspicias illam sibi parva paventem Et pro dimisso tantum pallere marito.*

c) in consilio designando IV 3, 7: *iam si ad sacrosanctos patres pro comparatione veniatur* (Hier. ep. 64, 11: *volo pro legentis facilitate abuti sermone vulgato.* adv. Rufin. I 8: *Pamphili librum pro defensione Origenis.* Ampel. IX 10: *patrem cecidit pro suae virginitatis observatione quia eius cupidus fuit.* Ruf. intpr. Orig. in exod. hom. II 3: *breviter aliqua nobis pro ecclesiae aedificatione pulsanda sunt.* S. Ruf. brev. 4: *in Africam pro defensione Siculorum Romana transmarina sunt signa* cfr. Gölzer p. 343. Vict. persec. Vand. II 14, 41: *ut die constituta pro disputatione fidei veniatur* cfr. Sittl p. 136): cuius usus ad Francogallorum praepositionis *pour* vim proxime accedentis neque Draeger neque Hand (Tursell.) neque Georges mentionem fecerunt.[1])

§ 20. De praeverbiis quarti casus:

ad adusque apud circa citra infra inter ob propter penes per.

1. ad a) = *in* c. acc. I 5, 11: *necdum ad mariti domum nova nupta migravit.* II 12, 2: *egredi ad villulam.* IV 18, 1: *sarcinae ad praedium ex oppido ductae.* 5, 424: *de pelago ad cymbam rediit.*

[1]) Baretus p. 113 huc retulit 16, 104 sqq. *seu te Lirinus priscum complexa parentem est Qua tu iam fractus pro magna saepe quiete Discipulis servire venis:* nos autem *pro* h. l. *ἀντί* potius esse quam finem vel commodum significare censemus.

b) = *in* c. abl. VI 1, 6: *nec...ad altare domini ignem diutius accendemus alienum* et IX 4, 3: *si recordamur quid biberit ad patibulum qui invitat ad caelum.*

c) cum verbis quibusdam coniunctum ut *contremescere IX 3, 4: *animam ad recordata poenalis vitae debita contremescentem* (similiter Hier. ep. 46, 1: *ad omnem umbram praetervolantium avium formidare).* *inquit I 11, 4: *ad adstantes circulatores.* laetari VIII 6, 9: *laetor ad puncta censoris omnium voce concelebrati.* (Tac. ann. II 2: *et accepere barbari laetantes ut ferme ad nova imperia.* simil. hist. II 36: *laeto milite modestiore ad mutationem ducum.* Hier. ep. 43, 2: *laetamur ad numum.* ep. 108, 13: *laetabitur ad gloriam Dei.* ep. 22, 24: *ad laudem suam intrinsecus anima laetatur.* simil. v. Hilar. 25: *ad susceptionem sanctorum gaudens.*) pertinere ad non propter structuram sed propter potestatem attulimus: idem enim significat quod Francogall. *appartenir* III 1, 4: *quae (civitas nostra) cum olim tum debebit ex hoc praecipue tempore ad tuum patrocinium vel ob tuum patrimonium pertinere.* VII 2, 8: *diligenter quae ad socerum pertinuerant rimatis convasatisque.* VIII 13, 4: *ad Agar ancillam pertinere tunc desiit.* (Hier. in Ezech. XIV 48, 18—20: *ut quaedam villae sint pertinentes ad iura urbium vel regia munificentia vel haereditatibus et donatione multorum.*)

adusque I 5, 3: *ad usque aggerem.* postposit. IV 20, 2: *talos adusque. usque ad* I 2, 9. I 7, 12. II 13, 1. IV 7, 2. IV 11, 5. —

2. apud = *in* c. 22 ep. § 1: *apud Narbonem.* I 4, 1: *apud principis domum.* IX 9, 6: *apud oppidum nostrum.* V 7, 7: *apud animum communis patroni.* IV 6, 2: *apud animorum matronalium teneritudinem* (= in teneris matronarum animis). VII 7, 4: *veniabilis sit apud aures vestras veritatis asperitas* (cfr. Rönsch p. 391 sqq. et Gölzer p. 331).

3. circa pro all. praepp. ut *erga, in, de* V 15, 1: *cuius ut fidem in pectore sic in opere celeritatem circa dominum [te] ... satis abunde probavi.* IX 13, 2: *probabis circa nos plurima ex parte metrorum studia refrigescere.* ibid. § 4: *dum rex convivii circa ordinandum moras nectit oxygarum,* denique VIII 6, 13: *fac sciam tandem, quid te, quid domum circa:* de quo usu a bonis scriptoribus alieno cfr. Draeg. I 618 et Gölzer p. 332.

4. citra translate I 2, 5: *citra gravitatem regiam.* III 3, 11: *citra honestatis nitorem.* IX 11, 2: *citra iustum* (Draeg. I 616).

5. infra transl. de dignitate c. 14 ep. § 2: *musicam et astrologiam quae sunt infra arithmeticam consequentia membra philosophiae.* pro adverbio 9, 244: *tantum dans lacrimas suis Philippis Ut credat Cremerae levem ruinam Infra et censeat Alliam dolendam* (= *minus* Tac. Amm. cett.).

6. inter a) in locutionibus censeri inter II 6, 1: *meruit inter personas nobis caras censeri.* VIII 6, 16: *sapientes viros quos inter iure censeris* (Ov. pont. I 2, 140: *est inter comites Marcia censa suos*). *computari inter IX 4, 1: *quos inter praesumimus computari.* poni inter I 7, 4: *inter principalia patriae nostrae decora ponendi* et VIII 8, 2: *qui iure ponuntur inter affectus* (Hor. Liv. Quint.).

b) coniunctum cum adiectivis neutr. gen. substantivorum loco positis et cum gerundio I 7, 6: *inter adversa.* III 13, 10: *inter secunda ... inter adversa.* V 16, 3: *inter adversa maxima.* VII 5, 3: *inter haec dubia.* IV 3, 9: *inter tesqua vel confraga.* V 13, 1: *inter saxosa vel brevia;* quibus addere liceat *inter initia* I 11, 5 et *inter principia* IX 11, 1, denique I 5, 9: *inter iacendum.* II 2, 11 et IV 9, 3: *inter edendum.* I 4, 2. II 9, 6. IX 13, 2: *inter bibendum.* I 7, 8: *inter agendum.* I 2, 9: *inter cenandum.* VI 8, 2: *inter dictandum.* VII 16, 2: *inter orandum cubandumque* (cfr. Draeg. I 610 sqq.).

7. de ob et propter nihil fuit notandum. sed haud absurdum visum est hoc loco commemorare nonnunquam inveniri pro *propter* vel *per* ap. Sid. *merito, ob merita, per merita* ut V 10, 2: *quippe cui merito ingenii suffecisset adamari.* II 13, 5: *vir litteratus atque ob ingenii merita quaestorius.* VII 6, 6: *ob virium merita terribilis.* VII 11, 2: *per iniustitiae nostrae merita conficitur* (Capit. Gord. 22, 6: *amabatur merito avi et avunculi sive patris* Tr. XXX 22, 7: *Alexander ... virtutum merito vocatus est.* Spart. Ver. Caes. VII 2: *illius merito* (= *propter amorem Helii mortui*) *filium eius adoptandum Pio dedit.* Tert. apol. 14: *Aesculapium avaritiae merito Dei fulmine vindicatum.* Hier. c. Pelag. II 24: *ille virtutum merito Dei fruebatur aspectu* (cfr. Gölz. p. 333 et Sittl p. 135 sq.). similiter usurpati extant ablativi dote I 4, 1: *macte esto ... fascibus partis dote meritorum* et V 10, 2: *erubescebat vir serius et formae dote placuisse* et occasione I 9, 8: *ad praefecturam stili occasione pervenerim.*

8. penes cum IV 21, 1: *originis nostrae definiendae materia vel ratio sit penes physicos* satis legitimum sit, tamen III 4, 2:

si vel penes vos recta sunt, bene est proxime ad vim praepositionis *apud* accedere videtur (de locali huius praeverbii usu cfr. Sittl p. 136).

9. per a) pro solo abl. ut IV 3, 4: *quod (eloquium) nec per scaturrigines hyberbolicas intumescit nec per tapinomata depressa tenuatur.* VII 1, 3: *civitas ... per cuiusque modi prodigiorum terriculamenta vacuabatur.* VIII 3, 1: *nunc per nocturna suspiria nunc per diurna officia districtus* cett.

b) pro *ab* (Francogall. *par*) IV 14, 1: *variis per te beneficiis amplificaremur.* IV 22, 5: *per homines clericalis officii ... periculose vera dicuntur.* IX 9, 12: *nil per obstantes repulsus praeliatores* cett.

c) insolentius in hac locutione: *nil est illo per sententiam boni cuiusque generosius* VIII 7, 3.

§ 21. De praeverbiis utriusque casus: *in sub super.*

I. in. 1. in c. abl.

a) pro nudo abl. locali (seu potius pro locativo), temporali relativo modali instrumentali cett. ut VII 9, 21: *in Solymis.* ibid. *in diebus antiquis.* V 9, 4: *in annis iam senectutis initia pulsantibus.* II 8 c. 14: *in temporibus vigentis aevi.* II 2, 19: *ager diffusus in silvis, pictus in pratis, pecorosus in pascuis, in pastoribus peculiosus.* III 13, 6: *(nasus) amplus in foraminibus et strictus in spina.* IV 4, 1: *in pila in tesseris, saltibus cursu, venatu natatu sancta semper contentio.* IX 11, 8: *in dilectione superari.* IX 12, 2: *in silentio decurri tres olympiadas.* II 14, 2: *menses in otio fuliginoso sive tunicata quiete transmittere.* IX 13 c. 2, 7 sq.: *in utraque disciplina Satis institutus auctor.* 7, 231: *celsus in armis.* 7, 429: *prisco ... notus in actu.* 10, 15: *Mavors tum lusit in hasta* cett.

b) coniunct. cum adiectivo peritus c. 22 ep. § 3: *in libris matheseos peritissimos conditores* (Prop. Spart.).

c) ex imitatione sacrorum librorum locutionum IV 25, 1: *pater noster in Christo.* VI 7, 1: *validissimum in Christo patronum.* VII 16, 1: *unice in Christo patrone.* VII 9, 25: *in nomine patris et filii et spiritus sancti.*

2) in c. acc. a) de tempore = *usque ad* I 7, 6: *quam (machinam) ... acres et flammei viri occulere in tempus iudicii*

meditabantur (usque in de temp. III 5, 2: *usque in obitum vitrici.* de spatio II 2, 3: *usque in marginem villae* et VI 12, 1: *usque in extimos terminos* (cfr. Draeg. I 655).

b) de fine saepe ut I 5, 10: *cui filia Augusti in spem publicae securitatis copulabatur.* I 9, 6: *exeras in obsequium novi consulis veterem Musam.* IX 11, 8: *maiorum cineres ... in testimonium laesae caritatis implores.* IV 18, 4: *(opus) in honorem talis viri factum.*

c) de modo II 9, 5: *sic ... translatus ut nec Apuleius Phaedonem sic Platonis neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis in usum regulamque Romani sermonis exscripserint.*

d) nescio quo pacto VI 1, 3: *cum in gravitatis vestrae comparationem ipsa etiam grandaevorum corda puerascant.*

e) coniunctum cum vbb. *responderi* VIII 11, 13: *effici dignum in statum cuius respondeantur adversa* et *solvi* I 11, 3: *Catullinus solvitur in risum* (cfr. Lucan. *se solvere in lacrimas.* Prop. *in otia solvi*).

II. sub. 1. sub c. abl. saepe ap. Sid. invenitur. compluries autem non ita perspicuum est quibus rationibus ad hoc praeverbium ponendum compulsus sit. atque haec exempla attulisse sufficiat:

a) de tempore IV 6, 3: *sub pacis amoenitate.* IV 15, 3: *sub vicinitate brumali.* IV 24, 8: *sub annis adhuc tu telaribus agere.* VII 7, 1: *sub bello ... sub pace.* VIII 2, 1: *sub hac tempestate bellorum.* 7, 550: *dubio sub tempore.* 15, 156: *sub tempore praefecturae.* 24, 21: *die sub uno.* 6, 31: *assurrexerunt Musae sub laude sororis.*

b) in aliis locutionibus II 13, 4: *sub hac specie.* VIII 15, 2: *sub quacumque et quidem celeri occasione.* IX 8, 2: *sub Gabaoniticae servitutis occasione.* *sub ope Dei, sub divina ope, sub ope Christi* saepe. I 7, 9: *sub invidia sordidatorum.* VII 6, 3: *sub vanitatis invidia.* V 19, 1: *sub condicione.* V 2, 2: *sub sponsione.* IX 11, 3: *sub hoc temperamento.* I 1, 2: *sub nominibus inlustrium feminarum.* V 10, 3: *sub hoc hyperbolico rhetorum catalogo.* IV 14, 1: *sub verbis cuiuspiam Germanici ducis.* I 7, 11: *se sub atratis accusatoribus exornatum ille ... intulerat.* IX 14, 4: *interrogas per pugillatorem, quos recurrentes asseram versus, ut celer explicem, sed sub exemplo* = cum exemplo, ex. adiuncto: difficiliora autem intellectu sunt quae leguntur IX 9, 16: *sed hoc temporibus istis sub tuae tantum vel contemplatione conscientiae vel virtute*

doctrinae: quae nescimus quo iure Gall. illi intpp. verterint: *c'est assez sur le mérite de ta vertu et sur la force de ton savoir.*

c) pro nudo abl. IX 9, 10: *(opus) bipertitum sub dialogi schemate, sub causarum themate quadripertitum.* IX 15 c. 39 sq.: *scholasticusque sub rotundioribus Petrus Camenis dictitasset acrius.* 2, 268 sq.: *non peccante sub ictu Edoctus peccare furor.* 2, 464: *hos quoque sub nostris domuit Servilius armis.* 7, 263: *sub assiduis dentatus caedibus ensis* cett.

2. de sub c. acc. nihil fuit notandum.

III. super 1. c. abl. a) = *de* perinde atque ap. omnes omnium aetatum scriptores praeter Cic. (exceptis epp.) et Caesarem (ap. Sall. semel): cuius usus non fuit quod exempla adferremus.

b) coniunctum cum vb. supersedere c. 14 ep. § 2: *noverit sibi aut super huiuscemodi artis mentione supersedendum aut* cett. (simil. *supersedere de* I 2, 6: *de luxu autem illo subbatario narrationi meae supersedendum est*).

2. c. acc. a) de dignitate II 3, 2: *Gnaeum Pompeium super aemulos extulit ... popularitas.* VIII 6, 2: *super cunctos te quam primum decuit agnoscere.*

b) = *praeter* si modo recte intelleximus VIII 10, 2: *quo loci tamen, si animum vestrum bene metior, super affectum quem maximum ostendis hoc tu et arte fecisti.*

Haec habuimus quae de Sidoniano praepositionum usu dissereremus. non nos fefellit multo uberius et copiosius de hac parte potuisse exponi numerumque exemplorum augeri. sed non id egimus ut exempla afferremus omnia atque etiam prorsus legitima: imo potius id sumus nixi ut insigniora tantum quamvis nonnulla non satis perspicua aut dilucida enumeraremus. neque vitio nobis versum iri speravimus quod locos quosdam difficiliores et obscuriores interpretari non sumus aggressi: quippe iam Ruricius Lemovicensis (ep. II 26, 3) Sidonii aequalis atque amicus illum obscuriorem esse et interprete egere conquestus est.

Quae autem ex eis exemplis quae attulimus consequantur vix est quod addamus. quicunque enim paullo attentius perlegerit, ea quae Henricus Gölzer de Hieronymo omnibusque latinitatis quasi labentis scriptoribus dicit in Sidonium quoque intelleget cadere: senescentis latinitatis aetate, quoniam illi scriptores nimium hauserint ex sermonis vulgaris fontibus praepositionum usum iusto latius patuisse.

3. De adverbiorum quorundam coniunctionum pronominum adiectivorum usu.

§ 22. De adverbiorum quorundam et coniunctionum usu.

ast et ceu vocabula prisca et poetica non modo in carmm. sed etiam in epp. inveniuntur ut IV 6, 2 et VII 14, 7: *ast ego.* II 13, 3: *ceu recurrentibus orbitis.* V 13, 2: *ceu draco e specu evolutus.*

cur = *quod* I 1, 2: *propter quod illum ceteri quique Frontonianorum ... cur veternosum dicendi genus imitaretur oratorum simiam nuncupaverunt.* I 3, 1: *me senatu move cur adipiscendae dignitati hereditariae curis pervigilibus incumbam.* I 11, 2: *aestu pudoris excoquebatur cur sibi Paeonius anteferretur.* II 13, 1: *quem tu ... felicissimum appellas propter hoc quippe cur per amplissimos fascium titulos fuerit evectus.* IV 3, 1: *committi in necessitudinis iura pronuntias cur ... a stilo et pugillaribus diu temperem.* VII 9, 15: *spiritus sanctus ... Petri voce damnavit in Simone mago cur opinaretur* ... (Spart. Sev. 14: *damnabantur autem plerique cur iocati essent, alii cur tacuissent, alii cur pleraque figurate dixissent.* Ambr. serm. 58: *obiurgata cur ... quaereret ... arguitur ... cur non memoraretur.* Hier. in Matth. II 12, 5: *calumniamini discipulos meos cur per segetes transeuntes spicas triverint* (cfr. Rönsch p. 405 et Gölzer p. 431).

deinceps = *posthac* vel *postea* ut I 4, 1: *si qui sunt qui te quocumque animo deinceps aemulabuntur* (= si qui erunt posthac qui te aemulentur). V 16, 2. VII 1, 6. VII 6, 7 et saepe (Rönsch p. 345).

demum in capite sententiae positum VIII 1, 3: *demum vero medium nihil est.*

denique non i. q. *postremo* vel *in summa* ut I 7, 1 et 2: *amicus homini fui ... sed quod in amicitia steti, mihi debui. porro autem in natura ille non habuit diligentiam perseverandi: libere queror, non insultatorie, quia fidelium consilia despiciens fortunae ludibrium per omnia fuit. denique non eum aliquando cecidisse sed tam diu stetisse plus miror:* quamquam hoc loco neque ea significatio quam H. Rönsch p. 345 huic vocabulo ap. Tert. inesse dicit: *so, zum Beispiel* satis quadrare videtur neque ea quae Guil.

Hartel[1]) dicit: *denique fügt einen zweiten Umstand bekräftigend hinzu.* imo nobis *denique* idem valere nonnunquam ap. Sid. videtur atque *itaque* vel *igitur* vel *quamobrem: so wundere ich mich denn mehr, dass der Mann nicht schon einmal zufalle gekommen.* II 12, 2: *Severiana sollicitudo communis*[2]) ... *febribus iam fatigatur hisque per noctes ingravescentibus: propter quod optat exire in suburbanum; litteras tuas denique cum sumeremus, egredi ... iam parabamus: darum rüsteten wir uns schon, als dein Brief eintraf.* IV 10, 1: *propter hoc denique iam diu taceo vosque tacuisse ... accepi.* IV 3, 3: *denique et quondam haec principalis facundia computabatur.* IX 13, 2: *denique probabis circa nos plurima ex parte metrorum studia refrigescere* (cfr. Georg.).

diu saepissime invenitur: sed *longum* quoque extat ut III 7, 1: *longum a litteris temperatis.* IX 3, 6 et IX 9, 1: *longum tacere.* III 2, 4: *gratiae ... longum tibi redhibeantur quam fundamenta tam culmina.* II 13, 5: *non uno longius prandio* atque etiam *longo tempore* II 6, 1 et 16, 65 (Francogall. *longtemps*): quam locutionem *longo tempore* apud Anthimum et Cael. Aurel. pro *diu* quae vox apud eos omnino non inveniatur semper legi Wölfflin l. l. p. 67 docet.

dum c. coniunct. pro *cum* IV 11, 7: *dum forte meditarer, lacrimis habenas laxavi.* IV 14, 1 quo loco Taciti verba ex hist. V 26 repetita liberius laudantur hunc in modum: *cum Vespasiano mihi vetus amicitia, et dum* (Tac. *cum*) *privatus esset, amici vocabamur.* IV 24, 4: *dum pueri clientesque capiendis animalibus occuparentur, secretae conlocutionis peto copiam.* VIII 6, 13: *dum epistulam claudere optarem, subitus a Santonis nuntius.* cuius structurae exempla quanquam iam apud Liv. extant complura ut I 40, 7: *dum intentus in eum se rex totus averteret, alter elatam securim in caput deiecit.* II 47, 5. IV 25, 9. IX 18, 1. XXXIX 49, 8, unum ap. Verg. Ge. IV 457, tamen neque ap. Tac. aut Suet. aut. Flor. neque ap. Apul. inveniuntur, sed scriptores demum historiae Augustae et Aur. Victor et Amm. Marc. posterioresque eam receperunt. quorum exempla congesserunt Draeger II 609 et Paucker libri cui inscribitur *spicil. addendorum lexx. latt.* p. 67 n. 15. locos autem Hieronymianos aliosque collegit Gölzer p. 358 sq.

---

[1]) *Lucifer v. Cagliari und sein Latein* act. Wölfflin. quibus inscribitur *Archiv für Lexikographie und Grammatik* III p. 18.

[2]) similiter *cura* abstr. pr. concr. V 16, 5: *Roscia salutat, cura communis.*

e c c u m IV 4, 1: *eccum vel tandem adest promissio mea, expectatio vestra, Faustinus* (Neue II 814).

e t pro *cum* II 9, 4: *vix quodcumque vestibulum intratum et ecce ... duplicabantur.* VI 7, 10: *Epiphanius vester vix suprascripta peraraverat et nuntiatum est* ... 7, 22: *Tegeaticus Arcas vix contigit arva: Et toto descendit avo* (= Atlante) (cfr. Draeg. II 26 sq.).

f o r s i t a n a) post *ne si nisi* VIII 1, 2: *plus cavendum est ne ... in aliquos forsitan incidamus vituperones.* 7, 305: *si forsitan umquam Vincere contingat.* 7, 482: *si forsitan altrix Te mihi ... lactandum tolleret.* VIII 6, 12: *nisi forsitan dum tibi ac patri noster Apollinaris intervenit rectius fiet* (Neue II 674 et Gölzer p. 433).

b) sequente indicativo VII 14, 5: *forsitan praeferunt vim videndi.* VIII 9, 1: *forsitan satiricum illud de satirico non recordaris.* VIII 14, 8: *forsitan non valemus.* IX 1, 3: *forsitan (modus) non potest poni* cett. (cfr. Kühner II 614).

h a c t e n u s et h u c u s q u e de tempore: *hactenus* I 3, 2. III 6, 3. IV 18, 4. VI 3, 1. VII 5, 4. VII 9, 18. VII 13, 1. VII 18, 1. VIII 7, 3 (Verg. Ov. Liv. Flor. cett.). *hucusque* I 3, 2: *igitur venerantur hucusque contemptum.* IV 7, 2: *ac si inter Apicios epulones et Byzantinos chirononuntas hucusque ructaverit.* VIII 13, 2: *potui taciturnitatis hucusque culpari* (Capit. Max. Balb. 16: *domus Balbini etiamnunc Romae ostenditur, magna ... et ab eius familia hucusque possessa.* paneg. III 18 in. *sicut hucusque fecistis* cfr. Paucker scrutar. p. 65. Hieron. ep. 147, 7: *o diem illum omni maledictione dignissimum in quo epistulas illas tuas quas hucusque retinemus consternata mente legi.* Claud. in Rufin. I 267: *hucusque minatus haerebat* ...).

h i n c et i s t i n c non de loco sed translate *de his* vel *de istis rebus* ut I 4, 3: *sed hinc quia istaec satis.* II 2, 12: *quid enim hinc congruentius dixerim.* III 11, 2: *sed tamen hinc ... vel maxume este securi.* IV 18, 5: *sed quid hinc amplius.* V 6, 2: *si quid hinc tibi tuisque suspicionis incutitur.* c. 14 ep. § 2: *noverit ... nihil omnino se aut certe non ad assem Latiari lingua hinc posse disserere.* II 10, 2 et III 4, 2: *sed istinc alias* (Claud. Mam. ed. Engelbr. 33, 2: *sed hinc postmodum, de affectu interim disseramus.* 123, 18: *sed hinc alias.* 31, 6: *sed istinc alias.* eadem locutio *hinc alias* compluries ap. Ennod. legitur, *istinc alias* semel. Salv. gub. D. VI 54: *nihil enim hinc erat lege praeceptum.* VII

49: *sed hinc iam et superius satis dictum est.* simil. ad eccl. III 17: *de his unde nunc loquimur.* August. de quant. anim. 5, 8: *hinc dubitare ridiculum est.* 12, 21: *hinc dubitare dementia est.* 23, 44: *nihil est quod hinc dubitare me faciat.* 30, 59: *hinc vero dubitare nefarium puto.* 20, 55: *vellem hinc plura dicere.* Anthim. praef.: *tamen et inde reddo rationem* (cfr. Engelbr. l. l. p. 522).

ilicet = *igitur* vel *itaque* I 5, 1: *ilicet et si secus quaepiam sub ope tamen Dei ordiar a secundis.* II 9. 4: *ilicet a deliciis in delicias rapiebamur.* I 9, 8: *igitur .... iubeas ilicet.* I 9, 5. II 14, 2. IV 8, 4. V 21. VIII 5, 1. = *denique* IV 22, 5 et VI 12, 9.

magis vel mage (II 2, 2. III 7, 4. VI 1, 6. VII 13, 3. VII 14, 2. VIII 3, 5. VIII 12, 4. 2, 215. 6, 20 cett.) plerumque = *potius* ut III 7, 1: *scribendi .... magis est facilitas quam facultas.* ibid. § 4: *mage differunt quam relinquant*[1]) *semel radicatam pectora formidinem.* VII 9, 9: *intercedere magis pro animabus quam pro corporibus.* ibid. § 22: *magis prodesse cupiens quam placere.* VI 1, 6: *iunior mage quam minor Moyses* et saepenumero. *quin mage* II 2, 2. *seu mage* 16, 121. pro *magis* rursus creberrime invenitur *plus* et cum adiectivis (cfr. p. 31 sq.) et cum verbis coniunctum ut IV 8, 5: *plus .. laudabitur.* IV 9, 5: *plus admiror.* IV 11, 4: *plus studuit.* IV 24, 6: *quo plus credant.* V 8, 2: *plus impediebantur.* I 11, 2: *carpebant plurimum vitia, plus homines.* VII 15, 2: *si ecclesiam quam plurimum colitis plus colatis* et sescenties. non plus quam = *non magis quam* VI 1, 2. IX 3, 6. 5, 2 sq. (cfr. Wölfflin de compar. p. 34 et Gölzer p. 427). ac sicuti *magis* ita iam *plus* proxime accessisse videtur ad vim vocis *potius* ut VII 2, 3: *plus prodesse quam placere malle* (quibuscum cfr. VII 9, 22: *magis prodesse cupiens quam placere*) et IX 14, 2: *audire plus ambiens Socratem de moribus quam Hippocratem de corporibus disputantem* cett.

modo = *mox* 7, 7: *cui fixus ab ortu Ordo fuit crevisse malis, modo principe surget Consule.* modo — nunc vel nunc — modo inter se respondent VII 1, 3: *nam modo scaenae moenium publicorum crebris terrae motibus concutiebantur nunc ignes sulpure flammati caducas culminum cristas ... tumulabant nunc ...* IX 15 c. 11: *modo in priore parte nunc in extima.* 2, 145 sq.

---

[1]) sic scribendum esse non sine probabilitatis specie censet Aug. Engelbrecht l. l. p. 463 pro *relinquunt* Luetich.

deprensas (feras) modo claudere cassibus artis Nunc torto penetrare veru. VIII 6, 13: *inter officia nunc nautae modo militis.* VIII 11, 2: *nunc Drepanium illis, modo istis restituis Anthedium.*

mox = *tum* vel *deinde* I 11, 8: *moxque subridens* ... et compluries; in apodosi III 13, 10: *si ad occulta familiarium publicanda temporis ratio sollicitet, mox per hunc Spartacum quaecumque sunt clausa franguntur.* mox ut = *ut primum* vel *simulatque* II 7, 2: *quae veniunt in disceptationem, mox ut utrimque fuerint opposita, discingas.* 6, 19: *protulit ut mox te patrius, Sapientia, vertex, Tum mage vicerunt, te cum habuere dei.* (Flor. II 4: *quae (corpora) mox ut caluere pugna, statim in sudorem eunt;* apud Ict. *mox quam* et *mox cum*).

ne cum post adiectivum *formidolosus* II 13, 7: *gulam formidolosi Tantaleo frenabat exemplo ne cibi ingressi per ora per vulnera exirent* legitimum prorsus sit, verbo sperandi audacius adiunctum est ex similitudine structurae *sperare ut* (cfr. Kühner II 807) VI 6, 1: *sperans ne amor ... tenuetur.* quem locum intpp. illi Gall. verbum sperandi per *εὐφημισμὸν* pro verbo timendi positum arbitrati verterunt: *je ne crains que* ... et extat hoc verbum ap. Sid. bis pro verbo timendi positum VII 7, 6: *alia regio tradita servitium sperat, Arverna supplicium* et 7, 370: *Aremoricus piratam Saxona tractus sperabat.* a qua Gallorum interpretatione quoniam ea quae sequuntur discrepant, Pauli Mohr sententiae quam nos ipsi eius libello nondum inspecto in scidulis nostris inscripseramus assentiamur qui p. 9 ita explicat hunc locum ut Sidonium censeat sperare *fore ut illius amor sibi semel tributus nunquam neque locorum longinquitate neque absentiae diuturnitate minuatur, quia hominum inter se caritas nullis regionum circumscribatur terminis.*

non, nec, neque. a) non adiunctum imperativis vel coniunctivis adhortativis et optativis pro *ne* ut IV 8 c. 5: *Euodiumque libens non aspernare clientem.* VII 7, 6: *si murus noster aperitur hostibus, non sit clausus vester hospitibus.* 9, 344: *non te terreat hic nimis peritus.* 23, 74: *sed non hinc videare forte turpis.* et—non pro *neve* IV 23, 2: *rogo ergo sis clemens et Deum sequens non habeas ... reum.* 22, 14: *ludant et tremulo non rumpant cantica saltu.* nec et neque pro *neve* II 10, 6: *igitur incumbe neque apud te litterariam curam turba depretiet imperitorum.* VII 7, 6: *quin potius ignoscite afflictis nec imputate maerentibus.* VIII 10, 4: *meis medere languoribus neque ... pre-*

mas. 2, 441: *desiste moveri nec multum trepida* (Kühner II 145 sq.).

b) nec *a*) ni fallimur pro simplici *non* II 2, 17: *qui (fluvius) ... spumoso canescit impulsu et nec longum scopulis praecipitibus exemptus lacu conditur.* VIII 6, 5: *ut primum brevi peracta nec brevis sportula ..*[1]): de quo usu antiquissimo sed a class. auctoribus plane alieno cfr. Draeg. II 67. necdum pro *nondum* saepissime. ut I 5, 11: *quia necdum ad mariti domum nova nupta migravit.* I 7, 10: *atque ... Arvandus necdum interrogatus.* III 11, 2: *quas (litteras) ut necdum mittere desidia fuerat.* III 14, 2: *de ceteris vero studii nostri derogatoribus .. necdum deliberavi.* IV 24, 8: *sorori necdum maritus, fratri necdum curator, curatori necdum satisdator inventus est.* VII 1, 2: *et ob hoc circumfusis necdum dat terga terroribus* cett. (Draeg. II 67 sq. et Gölz. 434 sq. qui exempla attulit ex Hieron. Cypr. Claud. Rufin.). *β*) pro *ne ... quidem* I 1, 2: *quem (Ciceronem) in stilo epistulari nec Julius Titianus digna similitudine expressit.* III 3, 6: *turbam .. de qua te nec armatus evolveres.* IV 17, 3: *quorum doctrinae abundanti eventilandae nec consultatio tua sufficit.* IX 9, 5: *tenues nobis esse amicitias nec inimici fingere queunt* et saepenumero (Draeg. II 71 sqq.).

c) necnon IX 14, 5: *necnon habentur pro recurrentibus qui ...* et saepe in carmm ut 2, 121. 2, 416. 7, 361 cett. necnon et IV 25, 2: *exceperunt pontificale concilium variae voluntates oppidanorum necnon et illa ... studia privata.* VI 12, 8: *Valentinaeque nec non et Tricastinae urbis possessor.* c. 14 ep. § 4: *nam essentiam necnon et indoloriam nominavit.* 22, 47: *necnon et rapti coniunx ..* 15, 80: *nec non Lunaeque laborem* cett. (Draeg. II 68 sq.).

oppido v. valde.

parum non iam nimiam indicat inopiam, sed id. est quod *paullum (paullo), minus, haud ita multum, mediocriter* ut II 11, 1: *animorum coniunctioni separata utrimque porrectioribus terminis obsistit habitatio equidem semel devinctis parum nocitura pectoribus.* III 13, 7: *parum amplius tegi capillis quam cicatricibus.* IV 10, 2: *libellum qui parum cultior est.* V 6, 1: *parum minus anxius.* VI 8, 2: *non parum intumos.* VII 18, 2: *censui librum ... et*

---

[1]) Luetioh. interpungit: *brevi peracta, nec brevis, sportula* significans ut videtur haec verba quasi in parenthesi ponenda esse.

satis habilem nec parum excusabilem fore. VIII 10, 1: *dum me laudare non parum studes.* VIII 12, 5: *ecce iam parum inferior parente Paulinus.* IX 9, 5: *quod parum credo.*

porro cum *autem* coniunctum vim adversativam habet ut I 7, 2: *amicus homini fui supra quam morum eius facilitas varietasque patiebantur ... sed quod in amicitia steti, mihi debui. porro autem ille in natura non habuit diligentiam perseverandi* (= er freilich hatte pp.). III 6, 2: *porro autem desidiae vicinior putabatur contemptus ille militiae.* VII 9, 3: *presbyterorum sane paucis angulatim fringultientibus, porro autem palam ne mussitantibus quidem.* praeterea IV 4, 3. V 10, 2. VII 6, 1. VII 14, 12. IX 1, 4. — IV 14, 4 autem, quo loco legitur: *hanc in te ipse virtutem, si naturalis est, excole, si minus, ut insiticiam appone, qua sodales vetustos numquam pro consequentum novitate fastidias. porro autem videbere sic amicis uti quasi floribus, tamdiu gratis donec recentibus* i. q. *εἰ δὲ μή* videtur esse, et I 9, 1: *porro* (sine *autem*) *non isto quisquam viro est in omni artium genere praestantior* i. q. *profecto* (Gall. intpp. *assurément*). ceterum cfr. ea quae Kritz ad Sall. Jug. XXV 7 de hoc vocabulo adnotavit.

proinde (proin IV 3, 10) a) sequ. imperat. vel simil. struct. II 1, 4: *pr. explica.* IV 14, 4: *pr. scribe.* IV 17, 3: *pr. ignosce.* V 13, 4: *pr. praeveni.* IX 9, 9: *pr. accipe.* IV 3, 10: *pr. quaeso gratiam facias.* VII 5, 2: *pr. quaeso ut tuteris.* II 7, 2: *pr. inpense obsecro ut ... discingas.* IX 13, 6: *pr. peto ut ... ignoscas.*

b) sequ. verbo finito II 10, 6: *proinde liquido claret.* IV 6, 3: *proinde factum bene est.* IX 14, 9: *proinde ... absolvo.*

quam a) pro *qualis* VI 6, 1: *quam vobis sit corpusculi status sollicitus inquiro.*

b) pro *atque* V 12, 1: *quod tua satis aliud moliuntur vota quam iacula.*

quamquam c. coniunct. I 11, 7: *venio Arelate nil suspicans quamquam putarer ab inimicis non affuturus.* IV 12, 4: *quamquam esset trepidus et sternax ... balbutiret ... caecutiret.* IV 24, 2: *igitur ad amicum libens ex itinere perrexi: quamquam villa non paucis aggere a publico milibus abesset.* VI 2, 3: *et quamquam se altius profuturum filiae paterna iactaret praerogativa, nurui tamen magis placuit munificentiae socrualis oblatio.* VIII 11, 8: *scribebat assidue quamquam frequentius scripturiret.* ibid. § 10:

quamquam sint maxume falsa ideoque fallentia (sc. astrologica) et saepissime. quae structura exceptis nonnullis locis Horatianis, uno Vergiliano, uno Varroniano a vett. aliena ap. Liv. et maxime ap. Tac. increbrescere coepit. quibus autem locis olim coniunctivus extitit Ciceronianis, eis iam mutatus est. ceterum indic. quoque ap. Sid. non raro invenitur.

quamvis c. indic. 22, 111: *tum recipit laticem quamvis minor ille minorem Stagnanti de fratre suum* (Draeg. II 769).

quatenus a) = *quomodo* c. 14 ep. § 1: *dum* ... *mecum granditer reputo quatinus* ... *cantarem.*

b) = *ut* III 7, 2: *memento viatorum manus gravare chartis quatenus amicorum cura relevetur.* VII 6, 10: *agite quatenus haec sit amicitiae concordia principaliter.* VIII 11, 4: *adstruebam meliora quatenus in pectore viri iracundia materialiter regnans* ... *praetextu saltim severitatis emacularetur.* VIII 15, 2: *dabitur precatui et meritis antistitis summi quatenus* ... *praeconio suo famulemur* (cfr. Rönsch p. 401). simil. quantum = *ut* V 17, 6: *lusimus abunde quantum membra torpore statarii laboris hebetata* ... *vegetarentur.* eatenus ut = *eo consilio ut* VI 3, 2: *hunc eatenus commendare praesumo ut, si eum instruere dignanter advocatio consulta fastidit, auctoritas coronae tuae dissimulantibus studeat excudere responsi celeritatem.* eatenus quod = *propterea quod* c. 22 ep. § 6: *carmen* ... *prolixius eatenus quod epigrammatis excesserit paucitatem.*

que a) adiunctum vocabulis in *c* desinentibus aliisque a quibus apud bonos scriptores abhorruit ut I 2, 4. IV 21, 6. VII 2, 5: *sicque.* VI 4, 1: *isticque.* V 17, 1: *numquamque* (Ov. met. 9, 693). *nihilque* IV 25, 3.

b) que-que = *et-et* ut IV 18, 2: *tuque fraterque communis* (similiter Sall. et Tac. voculis *que* ... *que* utuntur, ubi prius membrum pronomen est). VII 9, 6: *deque coramque metropolitano*: praeterea saepe in carmm. aeque atque ap. vett. poett.

quippe idem paene esse videtur quod *praesertim* IV 3, 1: *praeter aequum ista coniectas si reare mortalium quempiam* ... *non pavere cum in examen aurium tuarum quippe scriptus adducitur.* VIII 6, 2: *insuper praedicans quod plurimos iuvenum* ... *vario genere dictandi* ... *quippe adhuc aevo viridis* ... *sim supergressus.* III 1, 4: *quippe si vestra crebro illud praesentia invisat.* IX 7, 3: *quippe si nihil eum rimosis obicibus exceptum tenax*

fractura remoretur. VIII 16, 3: *quippe in hoc stilo.* IV 12, 1: *quantum naufragioso pelago conformis est motus animorum quippe cum nuntiorum turbinibus adversis quasi propria tempestate confundimur.* V 12, 1: *neque super his quicquam planius quaeras quippe cum silentii huius necessitatem par apud vos metus interpretetur.* — quippe qui c. indic. VIII 6, 17: *quippe quos bellicum militarisque tessera terit.* IX 2, 1: *quippe qui ex asse turbatus vel ex parte non pareo.* 7, 159 sq.: *quos quippe curules Et praefecturas constat debere nepoti.* quae structura ex Apulei aetate magis magisque percrebrescere coepit ita ut ap. scrr. hist. Aug., Aurelium Victorem, Lactant., cett. eccl. scrr. frequentior sit quam coniunctivus quem a Cic. nunquam non positum esse constat cum cett. scrr. ut Sall. inter utrumque modum fluctuaverint (Draeg. II 536 sq.) ceterum ne a Sid. quidem coniunctivus alienus est ut V 10, 2: *quippe cui ... suffecisset* et IX 15, 1: *quippe qui ... iunxerim.*

quo i. q. *ut* quanquam neque comparativus sequitur neque *eo* praecedit aut subauditur I 6, 1: *scribendi causa vel sola vel maxima quo te ... ad capessenda militiae Palatinae munia vocem.*

quod, quia, quoniam A. quod a) de tempore pro *ex quo* V 8, 1 et VII 6, 1: *diu est quod.* IV 14, 1: *biennium prope clauditur quod ...* (poett. comm. Plin. epp. IV 27, 1: *tertius dies est quod audivi recitantem Sentium*).

b) pro acc. c. inf. *α*) sequ. coniunct. I 2, 4: *possis animo advertere quod servet istam pro consuetudine reverentiam.* I 11, 13: *audio quod satiram scribas.* III 14, 1: *comperi quod meas nugas ... lectione dignere.* IV 10, 2: *dicere solebas quod meam facundiam vererere.* V 1, 1: *audio quod lectitandis epistulis meis voluptuosam patientiam inpendas.* V 5, 3: *audio quod ... formidet barbarus.* VII 18, 2: *minime ignarus quod ita mens pateat in libro velut vultus in speculo.* VIII 12, 8: *olim lata sententia est quod ille transeat ceteros cives.* VIII 14, 7: *quis nesciat quicquid legis diebus figuraliter immolabatur in corporibus, quod totum id gratiae tempore manifeste vos offeratis in moribus.* IX 4, 2: *quod multos pertuleritis angores, flebili ad flentes relatione pervenit.* ibid. *ipse docuisti quod ad promissa convivia patriarcharum ... per amaritudinum terrendrum calices perveniretur;* post verbum verendi II 5, 2: *non verebimur quod causae istius cursus ... ulla contrastantum derivatione tenuetur.* et *quod* et

acc. c. inf. sequuntur verbum asserendi 15, 51 sqq.: *asserit hic Samius post docta silentia lustri Pythagoras, solidum princeps quod musica mundum Temperet et certis concentum reddat ab astris, Signaque, zodiacus quae circulus axe supremo Terna quater retinet, proprio non currere motu, Aequis inter se spatiis tamen esse locata* cett. *β*) seq. indic. II 10, 5: *sis meminens quod olim Marcia Hortensio Terentia Tullio ... candelas et candelabra tenuerunt.* ibid. § 6: *reminiscere quod saepe versum Corinna cum suo Nasone complevit.* III 14, 1: *probe intellego quod moribus tuis hanc voluptatem excudit ...* V 1, 3: *confido quod (supplicis) consequetur causa victoriam.* VII 9, 13: *hoc solum astruo quod ... ille confitetur repulsam qui profitetur offensam.* VIII 16, 3: *cognosce quod ... coepimus certe taciturire.* IX 11, 4: *pariter illud nosse vos noveram quod auctores ... pudor ... decet quodque ... excudit.* V 12, 1: *nobis quoque non recusantibus* (= *non ignorantibus* sec. Gall. intpp. *nous le savons toutefois) quod tua satis aliud moliuntur vota quam iacula,* denique V 13, 1: *credo quod nondum* ex eis quae antecesserunt *nosti* subaudiendum videtur (de *quod quia quoniam* pro acc. c. inf. cfr. Draeg. II 230 sqq. et Gölzer p. 375 sqq.).

c) pro *ut: hinc est quod* II 8 c. 12. VIII 1, 1. VIII 14, 1: = *inde accidit* vel *fit ut* (cfr. VI 12, 2: *hinc fit ut*). 23, 228: *tum si forte fuit quod imperator ... venire ... vellet. sic* vel *ita ... quod* I 2, 9: *(sane intromittuntur ... mimici sales) sic tamen quod illic nec organa hydraulica sonant nec sub phonasco vocalium concentus ... intonat.* II 9, 4: *(hac libri affatim in promptu ...) sic tamen quod qui inter matronarum cathedras erant stilus his religiosus inveniebatur.* III 3, 8: quo loco Gothos praelio fusos cladem suam fraude ac festinatione humationis celare voluisse refert *sic tamen quod nec ossa tumultuarii caespitis mole tumulabant.* IV 21, 6: *dominus agricola ... sic facit sumptum quod auget et reditum.* III 13, 6: *portat et nasum qui ... sic patescit horrori quod angustatur olfactui.* IX 12, 1: *sic oblectat (pagina tua) eloquio quod turbat imperio.* III 14, 2: *sic non utitur litteris quod abutitur* (= adeo non — ut). I 8, 2: *ita tamen quod te Ravennae felicius exulantem ... ranarum turba circumsilit.* III 13, 10: *(per hunc Spartacum quaecumque sunt clausa franguntur); ita quod quas domorum nequiverit machinis apertae simultatis impetere cuniculis clandestinae proditionis impugnat;* in sententiis

decurtatis[1]) ut IV 3, 3: *tota illa dictio sic ... succincta quod profluens.* IV 17, 1: *sic barbarorum familiaris quod nescius barbarismorum.* IV 21, 2 et 6. IV 24, 3. VIII 2, 2. VIII 8, 3. VIII 11, 6 cett. (cfr. Engelbr. l. l. p. 460 sq. qui hunc usum ap. Claud. Mam., Alcim. Av., auctorem de Constantino Magno eiusque matre Helena libelli extare docet et Gölzer p. 381 qui ad usum huius coniunctionis longissime patentem demonstrandum adfert Salv. gub. D. 7: *Vandali ita delicias corruptorum hominum indepti sunt quod corruptelas morum repudiarunt.* Vopisc. Carin. 21: *et haec idcirco in litteras retuli quod futuros editores pudore tangeret ne patrimonia sua mimis et balatronibus deputarent.* Cass. Fel. 57 p. 146 Rose: *etiam et minas apozimate provocabis quod possit humor fellitus depurgari.* Sittl autem ex Afris exempla non adfert ac ne commemorat quidem hunc usum).[2]) *quod* igitur iam eisdem paene modis usurpatum esse videmus ap. Sid. aliosque scrr. Gall. quibus nunc ap. Francogall. usurpatur *que.*

B. quia a) = *quod* IX 11, 5: *adde quia.* I 7, 2: *libere queror ... quia fidelium consilia despiciens fortunae ludibrium per omnia fuit.*

b) pariter atque *quod* pro acc. c. inf. α) seq. coniunct. V 15, 1: *credo quia infirmitas fuerit impedimento.* VII 5, 5: *ostenditis quia terminus potuerit poni vestrae quidem regioni sed non potuerit caritati.* VIII 9, 4: *persuadebis mihi quia cantuum similes fuerint olorinorum (ineptiae meae).* β) seq. indic. III 7, 1: *nescis quia garrulo non respondere convicium est?* III 13, 8: *taceo quia decidit honor umeris.*

C. quia et quoniam particulae caussales c. coniunct. ut III 3, 8: *quoniam perculsis indesinenter incumberes, raptim (corpora) funerabantur.* IV 11, 6: *neniam condidimus tristem luctuosamque propemodum laboriose quia faceret dictandi desuetudo difficultatem.* VI 9, 1: *quem nos propter hanc ipsam paenitudinis celeritatem ... consolatorie compellare curavimus, quia vicinaretur innocentiae festinata correctio.* VII 14, 10: *barbaros vitas quia*

---

[1]) neque enim pro adverbio *ut* positum esse *quod* censemus, sed pro coniunctione consecutiva.

[2]) post *refert* autem *quod* satis legitimum nobis videtur VII 5, 3: *quia minimum refert quod nobis est in habitatione divisa provincia, quando in religione causa coniungitur* (cfr. Draeg. II 230).

mali putentur. IX 9, 5: *an ideo me fastidiendum neglegendumque curasti quia contemneres iuniorem?* (cfr. Gölzer p. 360: quem tamen compluria putamus attulisse exempla in quibus coniunctivus natus sit ex orat. obl.).

quominus semel verbo timendi adiunctum in quo impedimenti notio inest VII 10, 1: *quae quominus assidue conspectus tui sacrosancta contemplatione potiatur, nunc periculum de vicinis timet nunc invidiam de patronis* (= impeditur timens vel periculum a vicinis instans vel invidiam patronorum).

retro = *ante, olim* IV 4, 1: *cumque abhinc retro iuvenes eramus* (cfr. Rönsch p. 343).

saltim ... saltim = *vel ... vel* IV 8, 1: *saltim viator saltim eques.*

satis (sat) et nimis (nimium) inter se permixta ut II 12, 3: *(medici) parum docti et satis seduli languidos multos officiosissime occidunt.* II 8, 2: *si non satis improbas.* IV 17, 3: *nec satis positus in longinquo Lupus nec parum in proximo Auspicius.* 7, 124: *sat celsa laborant Semper.* VI 6, 2: *est tibi nimis usui ut exhortationibus tuis interioris hominis maciem saepenumero mysticus adeps et spiritalis arvina distendat.* VI 12, 5: *tabescentibus fame populis nimium contulisses, si commercio fuisset species ista, non muneri.* VIII 4, 3: *nimium meminisse nostra post mortem non opuscula sed opera pensanda.*

si a) = *quotiens, cum* II 9, 7: *si Vorocingi eramus .. referebamus, si Prusiani .. eiciebamus.* IV 11, 2: *si frequentes consederamus, officium audiendi omnibus «iniungebat».*

b) = *num* I 9, 1: *si quis .. in aulam gratiae aditus, exploro.* 7, 116: *Traianum nescio siquis Aequiperet.*

c) si non pro *nisi* III 4, 1: *si non esset secta despectui.* VII 6, 9: *cum clericus quisque defungitur, si benedictione succidua non accipiat dignitatis heredem, in illa ecclesia sacerdotium moritur, non sacerdos.* IX 13, 1: *crederem tibi si non ut multum sapis ita quoque multum me amares.*

d) si quidem pro *namque* I 5, 7. II 9, 9. III 3, 5 et 7. III 5, 2. IV 3, 6. IV 6, 1 cett: ut vocabula idem declarantia *namque* (III 1, 3. IV 22, 3 cett.) et *etenim* (I 5, 10. III 2, 3 cett.) postpositive usurpatum III 4, 1. III 7, 2. IV 11, 1. V 8, 1. VII 2, 1. VII 14, 2. VIII 11, 5 cett. pro *siquidem* autem eo quo veteres usi sunt sensu Sid. posuit *si tamen* I 5, 11. I 6, 6. I 9, 8. II 5, 1.

II 13, 2. III 9, 2. IV 23, 2. V 6, 2. V 7, 1. VII 7, 1. IX 9, 3 cett. *si tamen non* legitur IV 4, 2, *nisi tamen* V 1, 3.

sic pro *deinde* IV 25, 4: *lector hic primum, sic minister altaris ... post laborum temporumque processu archidiaconus* (cfr. Sittl p. 137).[1]) sicuti pro *ut* sensu caussali I 1, 1: *sicuti es in his quae deliberabuntur consiliosissimus* (Plaut. cfr. Georg.).

sive (seu) a) *sive .. ve*, quas voculas rarissime et ap. poetas solos inter se respondere Draeg. II 143 docet, VIII 6, 10: *seu alterutrum ambosve sectere.*

b) *sive ... sive*, quas coniunctiones Draeg. II 147 cum indic. ferme ap. vett. copulatas esse ait, ap. Sid. cum coniunct. inveniuntur copulatae non solum in sententiis eis quibus iterationis notio subest ut V 8, 1: *erat materia iucunda seu nuptiales .. tibi faces sive perfossae ... ferae describerentur.* IX 16, 1: *virum singularis ingenii .. certe .. ceteros eloquentes seu diversa sive paria decernat .. antecellentem.* 23, 139 sq. cett., verum etiam in eis quibus semel quidque fieri dicitur ut II 12, 2: *quocirca tu seu venias seu moreris preces nostras orationibus iuva.* IV 14, 4: *sive obliviscare sive neglegas antiquam gratiam iuxta est acerbum.* VI 2, 1: *Eutropia .. perfectionem vestrae consolationis expetere festinat gratanter habitura sive istud tibi peregrinatio brevis seu longum computetur officium* cett.

ut a) adv. pro *atque* IV 11, 7: *nisi amicorum vita carentum semper aeque ut incolumium reminisceremur.* V 8, 3: *improborum probra aeque ut praeconia bonorum immortalia manent.* IX 11, 2: *rigor censurae tuae in litteris aeque ut «in» moribus* (Plin. Mai. Apul. Lact. Plin. epp. cfr. Gg. — *aeque ac* V 5, 3 et V 16, 1). —

b) coniunct. *α*) pro acc. c. inf. vel aliis structuris: iubeo ut I 11, 10: *iussit Augustus ut epulo suo interessemus* et compluries (iam Cic. Liv. cett.), quin etiam *iubeo alicui ut* 4, 11 sq. *sic mihi diverso nuper sub Marte cadenti Jussisti erecto, victor, ut essem animo* (Tac.). veto ut bis in carmm. legitur sed utroque loco addita negatione ita ut notio prope evadat concedendi vel permittendi IX 15 c. 41 sq.: *epistularis usquequaque nec stilus Virum vetaret ut stupenda pangeret* et 23, 255: *si publica fata*

---

[1]) minus autem recta nobis videntur ea quae in indic. edit. Luetioh. ad hoc vocabulum adnotata sunt: *sic* = *item*: nam lectores illis temporibus non fuisse altarium ministros h. e. *διακόνους* constat (cfr. Herzog *Realenzyklopädie* pp. i. vv. *Diakonus* et *Lector*).

non vetarent ut Byrsam peteres (Hor.). tribuo ut IV 5, 1: *Gozolas vester, Deus tribuat ut noster (sc. efficiatur), apicum meorum secundo gerulus efficitur* (Tac. ann. XIV 14: *tribuere ne*). interrogo (= *rogo* vel *peto*) ut IX 14, 4: *interrogas per pugillatorem, quos recurrentes asseram versus, ut celer explicem* propter structuram non magis quam propter significationem mutatam in imitatione verbi ἐρωτᾶν apud librorum sacrorum auctores eodemmodo usurpati positam attulimus. dignum est ut V 9, 1: *si dignum tu quoque putas ut ... tantas habeamus amicitias* (Vopisc. Lact. Aug. Draeg. II 258). iustum est ut IX 13, 5: *non i. e. ut censor incipias cum severitate discutere.* V 21: *iustissimum est ut ... quisque nostrum succedat* (Plaut. Bacch. 992. Hier. ep. 64, 19: *iustum ergo erat ut pontifex Dei indicaret cuncta indigere misericordia Dei.* Aug. civ. D. 19, 21: *iniustum esse ut homines hominibus dominantibus serviant*). *non iniurium est VII 1, 7: *ut nobis inde veniat pars patrocinii.* par est 7, 312: *hoc quoque par fuit ut tum Assertor fieret legum qui ..* (Plaut.). *sanctum est I 11, 1: *non s. e. ut de moribus amici cito perperam sentias.* opus est II 10, 5: *ut sine dissimulatione lectites, sine fine lecturias* (Plaut. Tac. Mart. Lact. Draeg. II 273). dignus sum II 4, 3: *dignus es ut domus tuae celeberrimam disciplinam etiam procul positorum petat ambitus.* IV 18, 3: *dignus es ut talia legas* (Draeg. II 258), denique V 4, 1: *ut salutatio mihi debita dissimularetur, non illud contumacia sed verecundia fuit* cett. — *β.* ut non pro *ne* III 12, 5: *vide ut vitium non faciat in marmore lapidicida.* IV 13, 3: *obsecro ac moneo ut consilio tuo ... non multum fidat ambiguis nec (= neu) nimiae credat incolumitati.* VII 4, 4: *rogo ut non habeat vestra caritas finem ... peto ut non differat habere principium.* VIII 16, 3: *coepimus taciturire duplici ex causa: ut si placemus, pauca lecturis incitent voluptatem; si refutamur, non excitent multa fastidium.*

valde denique quod in ed. Sirm. legitur semel I 7, 10: *quanquam valde nequiter constaret* in ed. Luetioh. non iam invenitur, sed legitur: *quanquam «fatenti» nequiter «sane» constare:* pro quo adv. *valde* Sid. posuit ferme vocabula *granditer multum plurimum oppido* ut III 8, 2: *mirandum granditer non sit.* III 13, 1: *granditer .. facetiari.* IV 11, 5: *suspiciebat hunc gr.* IV 17, 2: *gr. laetor.* IV 24, 6: *flere gr.* V 6, 1: *gr. afficiebatur.* VI 7, 2: *gr. obsecro.* VIII 6, 9: *gr. .. valet.* VIII 10, 1: *gr.*

gaudeo. IX 3, 1: *gr. suspicimus.* c. 14 ep. § 1: *gr. reputo.* multum III 1, 2: *multum copulaverat.* IV 22, 5: *m. abhorrere.* V 11, 1: *m. amamus.* VIII 11, 6: *rusticans m.* IX 13, 1: *m. sapis* ... *m. amares.* 2, 441: *m. trepidare* cett. plurimum I 11, 2: *carpebant plurimum.* V 11, 3: *pl. laetor.* VII 2, 6: *pl. copulabatur.* VII 9, 4: *pl. vereor.* VII 14, 3: *pl. ignoro.* VII 15, 2: *pl. colitis.* VIII 10, 1: *pl. vetares.* oppido c. 22 ep. § 1: *oppido scires* et II 10, 5: *sis oppido meminens.*

§ 23. De pronominum quorundam et adiectivorum usu.

Pronomen reflexivum pronominis demonstrativi loco positum haud raro invenitur ut I 2, 1: *postulavisti ut quia Theodorici regis Gothorum commendat populis fama civilitatem litteris tibi formae suae quantitas ... significaretur.* ibid. *ita personam suam Deus arbiter et ratio naturae ... cumulaverunt.* I 7, 3: *damnationis suae ordinem exposcis.* I 10, 2: *vigilantiae suae me commenda.* IV 23, 2: *libera metu desperationem suam.* VII 9, 18: *si personam suam tractatu consiliosiore pensemus.* II 5, 2. III 5, 1. III 10, 2. III 12, 3. V 17, 10. VII 6, 6. 5, 334. 24, 26 cett. similiter *sibi* pro *eis* et *ei* positum legitur I 7, 5: *inter cetera quae sibi provinciales agenda mandaverant interceptas litteras deferebant* et II 9, 3: *quia Ferreolo* .. *praeter necessitudinem sibi debitam dabat aetas et dignitas* .. *praerogativam* (cfr. Gölzer p. 403).

Genet. pronominum personalium positus extat pronomm. possess. loco VIII 10, 4: *mei causa.* IV 8, 3 et VIII 6, 17: *tui causa* (Sulp. Sev. dial. I 1, 1 et 2, 1: *nostri causa.* Ambr. serm. 41: *non sui causa, sed nostri* cett. cfr. Rönsch p. 418). alii autem genetivi quos huc pertinere censeas videntur esse partitivi ut II 2, 16: *circa principia sui.* II 13, 1: *reliquo sui tractu.* ib. § 5: *ultima sui parte.* III 13, 7: *reliquam sui molem.* (Draeg. I 472).

Aliquis a) pro *alius* VI 12, 1: *aliquis aliquem, ego illum praecipue puto suo vivere bono* (Plin. ep. IX 13, 1: *alius alium, ego beatissimum existimo qui).*

b) nonnunquam in sententiis negativis ut IV 21, 1: *non a nobis aliquid exilius fas honorari.* VII 9, 3: *neque valuissemus aliquid in commune consulere.* IX 10, 2: *nec enim* .. *plus aliquid hoc genere solacii vel ipse quaesisti.* IX 13, 2: *non enim prom-*

ptum est unum eundemque probe facere aliquid et raro. VIII 6, 3: *parum aliquid* = vix quicquam. ullus pro *quisquam* VII 9, 6: *priusquam ulli bonorum reddam discentis obsequium.* IX 11, 5: *nullas ad ullum peculiares litteras dedi.* 7, 512: *regnum non praeripis ulli.* quispiam pronomen indef. Sidonii quam maxime proprium est ut II 9, 4: *quaepiam volumina quorumpiam auctorum.* IV 11, 2: *oborta quarumpiam quaestionum insolubilitate.* VII 8, 1: *quasi cuiuspiam fluvii placidissimus cursus.* VIII 3, 2: *duae quaepiam Getides anus.* VI 8, 1: *cum pecuniis quorumpiam.* VI 2, 3: *aliqua censentes, suadentes quaepiam.* VII 9, 12: *quipiam ... nituntur regere ecclesiam.* VII 2, 2: *si quispiam dignus relator evolveret.* V 16, 2: *si quid cuipiam virium est.* VII 9, 9: *si quempiam nominavero monachorum.* IX 13, 5: *ne quispiam nostrum ... morderetur invidia.* VII 8, 3: *neque quippiam.* IX 14, 8: *neque vereare me quospiam iudices Catonianos advocaturum* et saepissime ita ut Draeg. I 97 hoc pronomen senescentis latinitatis aetate magis magisque coepisse exolescere minus recte censeat.

Quisque a) pronomen relativum generale pro *quisquis* V 17, 5: *fabulam referre dignam relatu quisque potuisset, audiebatur.* VII 9, 5: *ita fiebat ut ... quisque audire coeperat .. non taceret.* VIII 11, 13: *quisque praesumpserit interdicta ... rimari, vereor huiusmodi a catholicae fidei regulis exorbitaturum.* IX 4, 3: *quisque contempti mediatoris consequitur regnum, sequitur exemplum.* IX 9, 15: *experietur quisque conflixerit.* 2, 78: *conterritus haesit Quisque sedet sub rege satraps.* 5, 502 sq. *primi cadit hostia belli Quisque rebellis erat.* 22, 9: *quisque tamen tantos non laudans ore penates Inspicis, inspiceris,* denique quem locum unum Draeg. I 101 laudavit IV 11 c. 22: *at tu quisque doles, amice lector ... udis parce genis rigare marmor* (Plaut. Apul. Aur. Vict. Auson. Prud. cett.).

b) pronomen indefinitum α) coniunctum cum positivis I 7, 8: *pretiosa quaeque trapezitarum involucra.* II 6, 1: *boni cuiusque.* ibid. § 2: *boni quique bona quaeque iudicaverunt.* V 11, 2: *bono cuique.* V 20, 3: *boni quique.* II 10, 4: *fuscus quisque.* II 2, 4: *verecundos quosque.* ibid. § 12: *siticuloso cuique.* II 7, 1: *singulas quasque personas.* III 1, 1: *in singulis quibusque personis.* IV 21, 5: *industrius quisque.* VIII 6, 16: *sinistra quaeque.* 5, 421: *fortia quaeque* cett. (cfr. Wölfflin l. l. pagg. 80—82 et Draeg. I 102). β) cum superl. III 3, 9: *ex-*

pertissimus (codd. *spectatissimus*) *quisque.* V 10, 2. V 16, 2: *optimus quisque.* VIII 2, 2: *ultimo a quoque summus quisque* cett. cum superl. plur. II 10, 1: *paucissimi quique.* III 3, 4: *caesis quibusque optimis.* VI 5: *inter spectatissimos quosque.* IX 13, 1: *quibusque lectissimis.* I 7, 13: *suprema quaeque* cett. sed cum comparativis quibus adiunctum hoc pronomen ap. senescentis latinitatis scriptores haud ita raro invenitur ap. Sid. coniunctum nusquam extat (Tert. idol. 11: *graviora delicta quaeque.* Vict. Caes. IX 9: *probrosior quisque.* Veg. mil. I 7: *honestiores quique.* Hier. in Galat. III 5, 8: *simpliciores quique.* in Eph. pr. *imperitior quisque.* Rufin. Orig. in Jesu Nave pr. *pauperiores quique.* id. Orig. in genes. hom. 7, 5: *profundiora quaeque.* Paulin. bened. 5, 1: *inferiores quosque* cett. cfr. Gölzer p. 411. Wölfflin p. 79 sqq. Draeger l. c.).

Idem pro *ipse* V 7, 1: *ut idem coram positus audisti* et VI 1, 5: *ad mea ipse verba damnabilis, cum non impleam quae moneo, idem in me meam cotidie cogor dictare sententiam* ac rursus ipse pro *idem* V 17, 1: *es, Eriphi meus, ipse qui semper* et VIII 6, 7: *per ipsum fere tempus.* *hic ipse* vel *is ipse* pro *ὁ αὐτὸς* IV 7, 1: *hic ipse beneficium se computat meruisse qui praestitit.* IX 9, 6: *hic ipse venerabilis apud oppidum nostrum cum moraretur.* IX 1, 2: *hoc ipsum quod.* VI 8, 1: *«ob» hoc ipsum quod.* IV 8, 3 et IV 24, 2: *ob hoc ipsum.* V 1, 1: *ex hoc ipso.* IV 7, 1: *id ipsum,* denique idem et ipse pro simplici pronom. demonstr. IV 6, 2: *in pectoribus earundem.* VII 9, 5: *eosdem ... locutos.* IV 12, 4: *percontor admissum num verbo quippiam praeterea detulisset. respondit ipse.* IV 13, 1: *est ipse loco sitorum facile primus.* I 7, 6: *inter ipsius adversa.* ibid. § 1: *propter ipsum nuper mihi invidia conflata.* VII 9, 18: *si annos ipsius computemus* (cfr. Rönsch p. 424 et Gölzer p. 406).

Huiusmodi absolute positum VIII 11, 13: *vereor huiusmodi (*sc. *ὄντα) a catholicae fidei regulis exorbitaturum et effici dignum:* qui usus cum frequentissimus sit ap. Hier. (c. Joann. 3: *haec et huiusmodi loquentur inimici tui.* adv. Jov. I 48: *haec et huiuscemodi Theophrastus disserens.* ep. 117, 4: *nec possum cum huiusmodi vivere.* in Ezech. VI 18, 5 sqq.: *quod ne vescendum quidem cum huiuscemodi sit* cett.) ac sine dubio ap. alios quoque scrr. postt. inveniatur, non sit cur Lütioh. «*hominem*» codicum auctoritate neglecta addiderit.

Quanti ... tanti pro *quot* ... *tot* VII 6, 9: *quanti subrepti sunt episcopi, tantorum populorum fidem periclitaturam.* tot .. quanta inter se respondent 2, 22 sq. *suffragia tot sunt Quanta legit mundus.* (cfr. Rönsch p. 337 et Gölzer p. 414 sq.) qualis et quantus pro *qualiscumque* et *quantuscumque* IV 7, 3: *attamen qualis ipse quantusque est, percopiose me officii votivi compotem fecit.*

Alter pro *alius* VII 5, 1: *pauci alteros, multi sese non offerunt solum sed inferunt:* pro *alius* = *diversus* 2, 535: *longe altera nostri Gratia iudicii est* (cfr. Gölzer p. 416).

Magnus quanquam non raro extat, tamen *grandis* crebrius invenitur: exempla autem afferre longum est quoniam omnibus ferme epp. hoc adiectivum legitur. sed *multus* quoque eodem sensu usurpatum extat ut I 11, 11: *edulium multa parte finita.* ibid. § 13: *multus .. hoc iurgio satiricis campus aperitur.* IX 12, 1: *multam similitudinem.* pro parvus quod adiectivum opinione rarius occurrit compluries *exiguus* ac nonnunquam *modicus* legitur ut I 2, 3: *qui magna sustentat membra, pes modicus.* IV 22, 5: *modica gratia .. maxuma offensa.* IV 24, 2: *modicas indutias.* IV 18 c. 9: *modici penetrale sacelli:* hinc *inmodicus* i. q. *magnus* I 1, 3: *inmodicum fautorem non studiorum modo, verum etiam studiosorum;* similiter *brevis* i. e. q. *parvus* II 2, 19: *in medio profundi brevis insula* ac forsitan VIII 6, 5: *nec brevis sportula.*

Toti denique i. q. *omnes* ut III 2, 2: *quocirca satis te toti suum, satis se toti tuos aestimant.* V 2, 1: *totis sectatae philosophiae membris.* VI 1, 1: *tota ecclesiae Dei nostri membra.* VII 9, 4: *dum publice totos singuli cavent.* IX 14, 9: *plerique laudabunt facundiam tuam, plurimi ingenium, toti pudorem:* praeterea cfr. I 9, 4. IV 15, 1. VII 9, 13. IX 5, 2. 10, 19 cett. totum = *omnia* II 1, 2: *totum quod concupiscit.* IV 12, 4: *totum quo instrui, quo delectari valerem.* 5, 150: *totum quod cogitat altum est,* ac similiter VII 9, 22: *vir est totius popularitatis alienus* = cuiusvis popularitatis expers (cfr. Rönsch p. 338 et Gölzer p. 402 sq.).

4. De verbo.

In hac commentationis nostrae parte non id proposuimus ut omnia verbi tempora singulosque modos persequeremur ac maxime temporum consecutione quae dicitur perscrutanda supersedimus. recte enim nobis H. Kretschmann II 20 videtur conquestus esse

quod quam rationem ille esset secutus in temporum mutatione aegre perspiceretur. accedit quod opinione pauciora extant exempla licentioris aut pravae temporum consecutionis. ac ne in singulis quidem temporibus quibusdam ut imperfecto et plusquamperfecto quae perfecti loco posita compluries inveniuntur recensendis versati sumus. iam nihil aliud in animo habemus quam disserere de participiis et infinitivo. Sidonianarum enim proprietatum in utendis participiis in *ns* et *ndus* desinentibus et in infinitivo a verbis quibusdam pendente neque apud Draegerum neque apud Neuium neque apud peculiarium de illius aetatis latinitate libellorum auctores satis esse rationem habitam cognovimus.

§ 24. De participiorum usu.

A. participia in *ns* exeuntia a) pro particc. praeter. posita III 5, 2: *usque in obitum vitrici nuper vita decedentis* = defuncti. IV 12, 2: *Constantem pro foribus vidi a dominis Simplicio et Apollinare redeuntem* = reversum. IV 14, 2: *si te hactenus philosophantem nova subito .. gloria capit* = philosophatum.

b) sensu passivo usurpata: amantissimus IX 14, 2: *fili amantissime.* c. 14 ep. § 1: *mi Polemi, frater amantissime.* reverentissimus V 14, 2: *quarum (rogationum) nobis sollemnitatem primus Mamertus pater et pontifex reverentissimo exemplo utilissimo experimento invenit:* a qua scriptura ab omnibus codd. praebita quam ob caussam Luetioh. discesserit scripseritque *reverendissimo* (cfr. pag. 31 not.) non intellegimus. (cfr. Rönsch p. 456. Gölzer p. 386. Paucker spicil. p. 187 n. 43).

B. participia in *ndus* exeuntia. De quibus particc. cum proprie sint praesentis in posteriore latinitate ad futuri temporis significationem transgressis disputavit C. Paucker libri cui inscribitur *de latinitate scriptorum hist. August. meletemata ad apparatum vocabulorum spectantia* (Dorp. 1870) pagg. 85 sqq. et libri de Hieronymi latinitate compositi (Berol. 1880) pagg. 149—153. in quo libro cum ex aliis posterioris latinitatis scriptoribus deprompta exempla attulerit plurima, unum Sidonianum laudavit ex libro Neuiano II 385 repetitum (Sid. II 12, 2: *credidimus eius taedium augendum si .. obstitissemus).* nobis igitur liceat cetera enumerare:

I 2, 10: *tibi* ***indicanda*** *non multa de regno sed pauca de rege.* I 11, 16: ***sciret*** *conatibus suis versu nil repo-*

nendum. IV 15, 2: *optamus ut Deo nostro per uberes annos sicut vota redditis, ita reddenda voveatis.* IV 18, 6: *quos (versus) huic carmini lenitate adaequandos falso putabis.* V 19, 1: *nisi protinus scissem te nescisse faciendum.* VI 2, 4: *suspicor vobis unam pronuntiandam domum discordiosam.* VIII 4, 3: *nimium meminisse nostra post mortem non opuscula sed opera pensanda.* VIII 14, 3: *quamlibet interemptorum credamus absolvendas animas.* IX 8, 2: *promissa caelestia .. spoponderunt filios Dei de nationibus congregandos.* III 13, 2: *si rogaturus est ... si rogandus.* VIII 6, 14: *quoniam ipsa si qua tempestas est huc securos efficit occupandos, huc prospici vetat occupaturos.* VII 7, 6: *parate .. capiendis redemptionem, viaticum peregrinaturis.* V 17, 3: *cultu peracto vigiliarum ... in diversa secessimus, non procul tamen, utpote ad tertiam praesto futuri, cum sacerdotibus res divina facienda* (sc. esset = *fieret* pro coni. fut.) II 10, 5: *neque patiaris ut te ab hoc proposito propediem coniunx domum feliciter ducenda deflectat.* IV 7, 1: *id ipsum erat utique si tacuisset orandus.* 2, 117: *Astyages Cyro pellendus forte nepoti.* 9, 117: *nec Fryx pastor erit tibi legendus* cett. (Gölzer p. 387 sq. 25 exempla Hieronymiana recensuit).

§ 25. De infinitivi usu.

Nihil morati in infinitivo perf. aoristico pro praesentis posito cuius complura exempla non modo in carmm. sed etiam in epp. extant ut *flesse perisse est; cui semper Avitum Sectari crevisse fuit;* I 6, 4: *quo spectat tam faeculento patrimonium promovisse compendio et non solum inter ista sed quod est turpius propter ista latuisse* et II 2, 7: *eos (versiculos) nec relegisse desiderio est nec perlegisse fastidio* cett. neque in eis enuntiatis quorum et subiecta et praedicata infinitivi sunt ut locorum poeticorum supra adlatorum et VIII 7, 2: *sic vitiis ut divitiis incubantes volunt vanitatis videri alienam surrexisse personam, cum nolint cupiditatis notari suam crevisse substantiam* attulimus unum locum 15, 107 sq.: *tertia (essentia) sit pecorum quorum esse et vivere motu Non caret et sensu* propter genetivum ab infinitivo pendentem: cuius structurae alterum extat exemplum Val. Max. VII 3, 7: *cuius non dimicare vincere fuit.*

Iam transeundum nobis visum est

a) ad ea verba enumeranda a quibus praeter bonorum scriptorum usum nudus infinitivus pro *ut* vel similibus structuris pendet. quae sunt haec:

abnuo IV 3, 5: *tenere non abnuit cum Orpheo plectrum cum Aesculapio baculum.* (Draeg. II 337). adest v. deest. affecto I 11, 5: *per fas nefasque crescere affectans.* VII 14, 9: *affectat imitari.* VIII 14, 2: *consequi affectans.* IX 11, 9: *licet occuli affectent* (Plaut. Ov. Sil. Stat. Auson. Quint. Amm. Porphyr.). arceo IV 12, 3: *illum hermam stolidissimum venire ante oculos meos arcuerim* (poëtt. Tac. ann. 3, 72. Amm. XVI 11, 11. Hier. Jerem. III 16, 1: *cur autem propheta arceatur uxorem ducere).* auspicor (= incipio) I 5, 1: *maiores nostri .. relationes evolvere auspicabantur.* (Sen. ep. 83, 5. Suet. Ner. 22. Tac. de or. 11). capto 7, 107: *pulcher haberi captas.* (Ov. Phaedr. Col. Liv. ep.). celero IX 9, 8: *tribuit et quoddam dictare celeranti scribarum sequacitas saltuosa compendium.* (Auson. Mos. 353). certo 1, 3: *certavere suum venerari numina numen.* (Verg. Curt. Sen. Tac. Plin.). cesso II 1, 2: *non cessat simul furta vel punire vel facere.* II 11, 1: *neque ... extruere cessarem.* VII 18, 4: *ante legere cessabis quam..* IX 5, 1: *apices cessant esse suspecti.* (poett. Cic. epp. cett. cfr. Dr. II 339). compello I 11, 4: *quae causa festinam compulit praecipitare sententiam.* II 2, 4: *haec abundantia lucis inclusae ut verecundos quosque compellat aliquid se plus putare quam nudos.* IV 18, 4: *me parietibus inscribere sacerdos hoc epigramma compellit.* VI 2, 1: *Eutropia compellit peccata dormire.* VI 7, 1: *confugere me .. compellit.* 2, 72: *compulit auritas ad plectrum currere silvas.* II 9, 2: *ius iurandum praebere compulsi.* V 3, 3: *ante compulsus docere quam discere.* VI 1, 5: *ut .. orare compellar.* IX 1, 4: *me garrire compulso.* 22, 165: *compulsusque famis discrimina summa subire.* (Ov. Lucan. Curt. Suet. Aug. ac maxime Justin.). deest c. 14 ep. § 4: *illi Venus vel Amorum commenticia pigmenta tribuantur cui defuerit sic posse laudari.* VII 1, 4: *miraculo terribili .. affuit flammae cedere per reverentiam cui sentire defuit per naturam (deest* c. inf. Sen. Tib. Prop. Sil., *adest* Verg. A. X 279. Avien. progn. 80). *despicio 22, 89 sq.: *despexit Agave Te colere et nosmet Niobe.* detrecto VI 1, 5: *necesse habeo dicere quod facere detrecto.* IX 11, 7: *animus tandem feriaturus iam quae propalare dissimulat*

excolere detrectat. (Arnob. 6. Dig. 37, 14, 19). differo III 1, 3: *quae (divinitas) .. nec diu distulit religiosam devotionem opulentare muneribus.* IV 25, 4: *inter partium voces quae differebant laudare non ambientem.* VI 9, 1: *redire non distulit.* VII 4, 4: *(caritas) non differat habere principium.* VIII 2, 1: *si distulissem prosequi laudibus quod..* IX 7, 5: *si distuleris nostram sterilitatem fecundare.* (Hor. Liv. Curt. Lact.). dignor: *memor nostri esse dignare, domine papa* legitur in omnibus libri VI compluribusque aliis epp. extremis. I 11, 8: *consulere dignare.* III 1, 2: *dignatus ditare.* III 5, 3: *tribuere dignare.* VII 9, 7: *dignemini humilitatem nostram in caelum ferre.* IX 5, 2: *dignatus prosperare.* IV 8 c. 11: *dignatur regina tinguere.* 5, 569: *dignatur Caesar loqui* (Verg. Suet. postt.). dispono IV 8, 5: *(concham) isto cultu expolitam reginae disponis offerre.* (Macr. Pallad. Vopisc. Amm. cfr. Gg.). dissimulo (= recuso, nolo) II 12, 1: *in piscationem venire dissimulo.* V 3, 1: *dissimulastis .. prodere.* VII 9, 14: *sibi assumere dissimulat.* VIII 8, 2: *dissimulas optare.* IX 11, 7: *dissimulat propalare*: cuius structurae neque ap. Georg. neque apud Draeg. exempla invenimus. Goelzerus autem in appendice (p. 446) duo exempla attulit, unum Hieronymianum c. Joh. 18: *scire dissimulans,* alterum Claudianeum in Ruf. 2, 164: *si dissimulas nostrae succurrere morti.* do 16, 68: *da Faustum laudare tuum, da solvere grates.* VI 4, 2: *datur nosse.* 2, 70: *quem dicere digno Non datur eloquio.* 15, 110: *quibus (mortalibus) esse moveri Vivere cum sensu datur.* IV 22, 6: *cui datum est saltibus gloriae proterere posse cervices vituperonum.* IX 9, 16: *cui datum est soli loqui melius.* 2, 130: *iam tum nosse datum est.* (de quo infin. consilii qui dicitur vid. Draeg. II 367 sq. qui multa poetarum posteriorumque scrr. exempla attulit). egeo VII 16, 2: *ut nec eguerint adiuvari.* (Mela II 3, 4: *clariores quam ut indicari egeant.* II 4, 1: *quia monstrari eget).* erubesco I 11, 12: *invadere non erubescit.* II 9, 10: *nisi epistulae tergum .. sordidare erubesceremus.* IV 8, 5: *ut scribere has nugas non erubescas.* V 10, 2: *erubescebat vir serius .. placuisse* (Verg. Liv. Sen. Val. Max. Curt. Petr. Quint. Tac. Ciceronianus autem ille locus legg. I 19, 50 quo olim lectum est: *erubescunt pudici etiam loqui* iam mutatus est sic: *pudet iam loqui).* est III 3, 5: *cernere erat* (poett. et p. A. scrr.). *exhorreo III 13, 5: *quod* (sc. cadaver rogale semicombustum) *reddere pyrae iam fastidiosus pollinctor exhorret.* fastidio I 2, 7: *secundas*

fastidit vel timere vel facere. VI 3, 2: *instuere advocatio fastidit.* 5, 98: *fastidit sentire* (Phaedr. Liv. Val. Max. Quint.). fixum (est) IV 22, 5: *gloriam nobis parvam ab historia petere fixum* (Sil. 2, 363 sq.). VIII 6, 9: *fixum apud me stat constitutumque vel silentio lora laxare vel stringera frena garritui.* formido I 6, 2: *incipere formidas.* V 5, 3: *formidet barbarus facere barbarismum.* VII 14, 5: *cui ... comparari nec formica formidat* (Plaut. Hor. Aug. Veget.). ignoro IX 9, 5: *ita tamen ut qui dicere ignorem, non et audire* (Hor. a. p. 86. Claud. nupt. Hon. 186. minus autem recte Georges addiderit Cic. Tusc. I 80). imbuo V 9, 4: *imbuamusque liberos ... idem velle nolle, refugere sectari* (Tac. hist. V 5. Prud. π. στεφ. 9, 36. Min. Fel. 6, 1). impello VIII 11, 14: *longiuscule me progredi amor impulit* (Verg. Ov. Just. Tac. Hier., Liv. semel). inchoo IV 6, 2: *inchoaretque ... sollemnitas expetita ... vilescere.* IX 3, 4: *inchoemusque ... peregrinari.* IX 7, 5: *inchoabisque tunc frustra moveri* (Lucr. 3, 184. Lucan. 10, 173. Pallad. 13, 2). inhibeo IX 8, 2: *conspectibus mutuis frui ... inhibemur* (Quint. et Curt.). instituo 7, 203: *quis doctior isto Instituit varias per nubila iungere lites* (Verg. Hor. Col.). laboro 15, 147 sq.: *proprias conferre laborat Ipsa Minerva manus* (Hor. Plin. Mai. et Min. Nep. Justin., ap. Cic. nusquam non addita negatione). memento III 7, 2: *memento viatorum manus gravare chartis.* 9, 332 sq.: *germanum tamen ante sed memento, Doctrinae columen, Probum advocare.* 24, 2: *hanc servare viam, precor, memento* (poett. Cic. epp. Suet. cett.). mereo (mereor) II 6, 1: *meruit censeri inter ...* V 3, 1: *nosse non merui.* VIII 11, 13: *utinam hunc finem ... non meruisset excipere.* IX 2, 1: *quia vestri merentur esse discipuli.* 1, 19: *audiri meruit meruitque placere* (Prop. Ov. Vell. Val. Max. Sen. Tac. Mart. Flor. Val. Flacc. Vulcat.) metuo 23, 470: *numquam metuis loqui quod aequum est* (poett. et p. A. scrr.). nitor VI 3, 2: *excusare nitentes.* VII 9, 12: *nituntur regere ecclesiam*: quam structuram quanquam singulis Caes. et Sall. locis obviam parum usitatam fuisse docet Draeg. II 309 sq. novi VI 1, 4: *nosti ... sauciatos, dux veterane, colligere et peritissimus tubicen ad Christum a peccatis receptui canere* (Cato Hor. Verg. Prop. Ov. Mart. Apul. Lact. cfr. Draeg. II 304). parco I 11, 16: *derogare actibus meis ... si pepercisset. parce* = *noli* vel *cave* IV 16, 2: *parce trepidare.* VIII 8, 2: *parce ... rusticari.* IV 11 c. 24: *parce rigare.* VIII 9 c. 56:

parce provocare (Plaut. Ter. Catull. Verg. Apul., Liv. semel); similiter cave VIII 11 c. 7: *soccos ferre cave* (poett.). paveo VII 4, 1: *insinuare p.* (Ov. Tac. Rut. Nam.). permissum est VII 6, 4: *nec nobis peccatoribus hic accusare nec vobis sanctis hic discutere permissum est* (Quint.). peto IX 3, 3: *solvere modo litteras paullo politiores aut intempestive petor aut inpudenter aggredior.* 17, 4: *adventu felix qui petit esse tuo* (poett. cfr. Draeg. II 307). praeeligo VII 4, 3: *ego tamen morum illius aemulator esse praeelegerim.* VIII 13, 3: *qui ... fide tamen praeelegit censeri Israelita* (Claud. Mam. ed. Engelbr. 138, 1: *ego praeelegerim cum Eucherio reici*).[1]) praesumo (= suscipio, audeo) III 3, 9: *non ex asse historiam texere, sed pro parte memoriam facere praesumpsi.* V 3, 3: *ante praesumens bonum praedicare quam facere.* VI 3, 2: *hunc commendare praesumo.* VI 9, 2: *neque enim quisquam ... plus facere praesumpsit.* VII 7, 2: *quem convictum deinceps respublica vix praesumpsit occidere.* VIII 11, 13: *quisque praesumpserit interdicta ... rimari.* IX 4, 1: *praesumimus computari.* IX 11, 1: *agere praesumam* (cuius structurae unum exemplum attulit Georg. Sext. Ruf. brev. 7, Draeg. nullum). praevaleo (= valeo, possum) VII 14, 2: *quia praevaleant (eloquentes amici) ingenia sua ... ad remotarum desideria provinciarum stilo adminiculante porrigere.* (Hier. in Is. VII 23, 10: *postquam manus eorum non praevaluit felicitate huius saeculi perfrui.* id. in Is. IX 28, 16: *pallium breve maritum et moechum cooperire non praevalet.* Rufin. Orig. π. ἀρχῶν II 3, 3: *quae nec a morte vinci nec aculeo mortis compungi praevaleant.* Gaudent. tr. 11: *non praevalet calumniantibus facti praestare rationem.* Cassiod. in ps. 53: *deprecare ne eum inimici fortissimi gravare praevaleant.* in ps. 6: *quantum meretur luere, non praevalet sustinere.* in ps. 1: *sine qua (unitate) supputatio nec inchoare quicquam praevalet nec prodere.* in ps. 2, 7: *quid sit Dei substantia nullatenus praevalet comprehendi.* id. de anim. praef. *nec longe tendit (anima) ut se invenire praevaleat.* var. II 39, 40. III 53. IV 43. hist. trip. VIII 15: *non existente qui eis resistere fortiter praevaleret.* ib. III 7. VI 33.

---

[1]) praeterea hoc verbum cui ap. Gg. unus locus Sid. VII 4 adpositus est legitur ap. Cyprianum (ed. Hart. 577, 1: *carcerem fide et virtute praelegitis*), ap. Hilar. (ep. ad Galat. 70), Cassiod., Boet., Hieron. (?) in psalm. 92: *praeelegisti eas (animas) ante constitutionem mundi,* denique Ital. psalm. 131, 14: *quoniam praeelegi* (ἡρετισάμην) *eam* cfr. Engelbr. l. l. p. 471.

VII 19 et 36. IX 45. Ennod. ep. VI 1, 23. id. Dict. 21 p. 534. cfr. Paucker spicil. p. 71 n. 36). reformido VII 5, 2: *affectare non reformident.* VIII 6, 11: *reformidant catuli tui bestiis appropinquare terribilibus* (Cic. Liv. Plin. Min.). *respicit IV 14, 1: *quo respicit ista praefari.* respuo 5, 258: *percussor enim si respuis esse* (Boet. cfr. Gg.). *rubeo 22, 47 sqq.: *necnon et rapti coniunx ibi vincta mariti It croceas demissa genas vetitaque recondi Lampade cum Solis radiis Aurora rubebat.* sperno 7, 225: *spernis amicum Plus quam Romanum gerere* (Hor. Ov. Apul.). *suppetit II 2, 1: *cum mihi potius queri suppetat.* IV 3, 10: *cui ... intonare ambifariam suppetit.* VI 11, 1: *cui suppetit posse converti.* non sustineo II 13, 3: *nec sustinebat dominus esse qui non sustinuerat esse sub domino.* VIII 7, 4: *quicumque non sustinet diligere provectum.* IX 1, 3: *coerceri nostra garrulitas nec ... sustinet* (Ov. Sen. Vell. Curt. Hier. ep. 64, 1: *Moyses loquitur glorificato vultu et populus loquentis gloriam ferre non sustinet*). tempero VIII 6, 12: *temperas ... quatere campos et insidiari lepusculis* (Plaut. poet. ap. Cic. Tac. Gell.). tempto III 3, 5: *magis temptant vota conicere quam verba reserare* (Lucr. Verg. Ov. Nep. Hirt. Liv. Curt. Sen. Quint.). tendo 23, 453 sq.: *quamvis post satiras lyramque tendat Ille ad Pindaricum volare cygnum* (Verg. Hor. Liv.). trepido VII 17 c. 2: *quos tibi collegas dicere non trepidem* (Verg. Hor. Stat. Aug. Prud.). valeo sescenties. vaco et venio c. inf. cons. V 1, 2: *meis e pugillaribus transferre quae iusseras non vacans.* 5, 431 sq.: *hostibus expulsis campum qui maximus extat Jam lustrare vacat* (Stat. Theb. 8, 185). 16, 106: *discipulis servire venis* (cfr. Draeg. II 369 sq.).

b) ad adiectiva et participia locutionesque compositas: assuetus VIII 2, 3: *quibus aliquid scribere assuetis* (Liv. Curt.) bonus 23, 38: *salve Narbo ... urbe et rure simul bonus videri*[1]) (poett.). contentus VIII 14, 1: *sanctorum laus diffusa meritorum stringi spatiis non est contenta finalibus.* IX 1, 1: *stilus ... non contentus includi.* 7, 541: *generis contenti ferre vetusti Et vitia* (Ov. Quint. Vell. Sen. Suet. Tac. Just. cett. cfr. Gg.). dignus I 2, 1: *vir est et illis dignus agnosci.* VI 5: *dignus inter spectatissimos quosque numerari.* VII 9, 1: *illa quae maxumam tuarum*

---

[1]) = ὁρᾶσθαι, non = δοκεῖν (cfr. VIII 14, 7: *esse te optimum, cum videris.* VII 11, 1: *a quo contigit saepius vos videri* cett.).

aurium minime digna sunt occupare censuram (poett. et p. A. scrr. cfr. Draeg. II 331 sq.)[1] doctus IV 11 c. 10: *doctus solvere vincla quaestionum* et 23, 232: *te commercia duplicis loquelae doctum solvere* (Hor. Tac.). edoctus 2, 269: *peccare* (Ov. Sall.). promptus 7, 187: *quis promptior isto Tensa catenati summittere colla molossi.* 7, 413: *iam promptus caluisse tubis* (Lucan. Stat. Ambr.). suetus VIII 3, 5: *beneficia mage suetus oblata praestare quam sumere.* 23, 7: *suetum ludere.* 6, 26. 7, 24. 9, 204. 11, 108 cett. (Verg. Liv.). *ordo est 7, 6: *cui fixus ab ortu Ordo fuit crevisse malis.* provincia manet aliquem V 7, 1: *hi sunt quos haec peculiariter provincia manet inferre calumnias deferre personas* cett. (Claud. Mam. de stat. an. III 13 extr. *mihi provincia est* c. inf.). subit animum c. 22 ep. § 1: *dum apud Narbonem ... moras necto, subiit animum quospiam ... hexametros concinnare* (*subit* sine *animum* c. inf. poett. et scrr. p. A.). stat sententia IV 4, 2: *st. sent. (sc. mihi) eluctari privatarum occupationum difficultates et ... deputare* (Liv.) (15, 34: *steterat hoc genio ut ...*). *sedet sententia 7, 336: *cunctanti sedit sententia celsum Exorare virum.* *usui est alicui VII 9, 17: *semper huiusce maioribus ... dictare ius usui fuit* cett.

Accusativus c. inf. qui dicitur pendens invenitur a multis verbis a quibus ap. vett. alienus fuit. quae nos quantum potuimus congerere omnia studuimus atque ea etiam enumeravimus cum quorum significatione illa structura necessario cohaeret ut *allegare autumare clarescere* cett., quae tamen ap. vett. illum in modum structa aut raro aut omnino non inveniuntur. quae verba sunt haec:

*admitto VII 14, 1: *cum dici non aequanimiter admitterem.* adquiesco v. ambio. adstruo III 6, 2: *cuius disciplinae tunc fore adstruxi liberam professionem.* VII 9, 24: *constanter adstruxerim respondere illam feminam sacerdotiis utriusque familiae* (Aur. Vict. Macr. Ambr. cett.). allego IV 17, 1: *te ineptire facetissime allegas* (Suet. Aug. 5. Justin. XVI 1, 10). non ambigo II 6, 2: *te probasse non ambigo.* VIII 14, 5: *quis vos ambigat paria turturum ... mystico litasse sacrificio* (Tac. Amm. Aug. cfr. Draeg. II 391). *ambio II 7, 1: *quam primum ambiens me discussionis, illos simultatis onere laxari.* ibid. *quis enim se non ambiat arbi-*

---

[1]) sed classicorum quoque structura extat eaque crebrius quam aliae ut I 11, 3. III 1, 3. IV 22, 2. VI 1, 1. VIII 11, 13. IX 14, 2. 7, 531 cett.

trum legi? III 7, 3: *ambiunt a barbaris bene agi cum legato potius quam cum legatione.* V 10, 3: *solam tibi acrimoniam Quintiliani pompamque Palladii comparari non ambio sed potius adquiesco (non adquiesco* c. acc. c. inf. eccl.). annuo VIII 6, 16: *in sapientes viros ... minus annuo licere fortuitis* (Enn. Plaut. Verg. Liv.). autumo VII 9, 12: *ex his pauci ... solam clericatus diuturnitatem pro meritis autumant calculandam.* 15, 88: *pariterque deos sic autumat ortos* (Plaut. Lucil. Catull. Sen. Apul. Auson. Arnob.). causor (= conqueror) II 2, 1: *ruri me esse causaris* (Salv. Gub. D. V 3). *compello V 11, 2: *quorum unum fieri gratia, alterum charta conpellit.* *crepo 2, 524 sq.: *nunc aliquos voto simili vel amore, Vetustas, te legisse crepa* ac forsitan 2, 358: *incertum crepat ille patrem* et 9, 57: *cognatosque sibi deos crepantem.* decerno ubi solam sententiam, non voluntatem indicat ita ut idem sit quod *censeo* ut VII 18, 3: *ipse decerno satis illius iacere personam* et 15, 85 sq.: *singula qui quosdam fontes decernit habere Aeternum irriguos ac rerum semine plenos* cum acc. c. inf. legitime coniunctum est. nec minus quae leguntur VII 8, 4: *evocandum te primum, deinde ... certe consulendum decerneremus* satis elegantia sunt. sed IX 2, 1: *iubetis enim tam diversa quam nimia explicarique decernitis opus* infin. praes. haud ita legitimus est (cfr. Draeg. II 407). *deposco VIII 16, 3: *si vir inlustris aliquid insuper scribi depoposcisset.* *dequeror IX 9, 1: *longum tacere ... nos in commune dequestus es.* *differo (= prohibeo) VIII 2, 1: *si distulissem prosequi laudibus quod aboleri tu litteras distulisti.* do IV 6, 3: *dabit quidem talia vota divinitas ... promoveri.* 2, 487: *mox Libyam sperare dabis* (poett. cfr. Draeg. II 416). datur IV 21, 6: *intellegi datur gaudii plus te ... assecuturum.* VII 14, 12: *vos a me videri Christi munere datur* (Lact. V 20, 11. Hieron. in Ezech. XII 40, 1. in Matth. II 13, 10: *intellegi datur*). non dubito VIII 14, 7: *nemo dubitaverit esse te optimum.* ibid. § 6: *quis vos dubitet ... dedicaturos.* similiter ibid. § 5: *nulli dubium est vos tunc ... consecraturos.* quae structura cum ap. Caes. et Sallustium nusquam, ap. Cic. in solis epp. extet, ex Livii aetate percrebrescere magis magisque coepit. exigo III 3, 3: *quos olim Latinos fieri exegeras.* VII 17, 4: *exigit te rogari.* IX 2, 3: *ne ... nimis exigas verecundiam meam qualitercumque latitantem coepti operis huiusce temeritate devenustari* (Suet. Mart. Paul. dig.). exoro VI 10, 1: *cuius (sementis)*

colligendae fieri sibi copiam exorat (Amm. XVI 12, 13). facio quanquam iam ap. priscae latinitatis scriptores et ap. class. poett. cum acc. c. inf. coniunctum est, tamen haec structura cum ap. bonos scriptores raro invenitur tum ap. Cic. semel tantum extat atque ap. argenteae aetatis scriptores omnino non legitur. quam posteriores mirum quantum adamaverunt (cfr. Draeg. II 417). ap. Sid. autem exempla inveniuntur haec: III 5, 1: *ut quod ipse per se impetraverat me faceret postulare.* VI 9, 3: *ut ... nos ... redire faciatis.* VII 1, 6: *Deus fecit esse obsecrationem vestram vobis saluti.* 7, 597: *princeps faciet iuvenescere maior quam pueri fecere senem.* 23, 287: *facit Tonanti Succo nectaris esse dulciorem* (sc. ephebum Phrygem). I 10, 2: *quarum onera expectationi plebis ... raptim faciet offerri.* I 11, 5: *quem ... cognosci claritas vitrici ... fecerit.* II 10, 4: *quam ... despicabiliorem pronuntiari ... arrogantia facit.* III 13, 4: *facit ambigi.* 24, 94: *te ... admitti faciet Probus.* flagito VII 8, 2: *Simplicium episcopum sibi flagitat populus ordinari* (Plin. Suet. Apul.). formido 22, 51: *formidans mortem sibi non superesse secundam* (Plaut. cfr. Draeg. II 394). *inspicio V 8, 1: *quid illic inesse fellis leporis piperataeque facundiae .. inspexi.* *liveo 9, 219: *Mantua ... aequari sibimet subinde livens Busto Parthenopam Maroniano.* *pavesco VII 6, 6: *regem Gothorum non tam Romanis moenibus quam legibus Christianis insidiaturum pavesco.* permitto II 11, 1: *nihil apicum raritati licere in coeptae familiaritatis officia permitterem.* V 13, 2: *ne tum quidem domum laboriosos redire permittens.* VIII 9, 3: *me nequaquam sollicitudo permittit aliud nunc habere in actione aliud in carmine.* ibid. § 5: *quem (poetam) distantia loci nec hoc facere permittit* (Draeg. II 414. Spart. Hadr. 8: *equites Romanos nec sine se de senatoribus nec secum iudicare permisit.* Eutr. IX 17: *vineas Gallos et Pannonios habere permisit.* Hier. in Js. V 14, 1: *significat autem tempus quo Cyrus .. captivum populum Jerusalem redire permisit.* in Sophon. I 13: *nec eos in leprosis .. domibus habitare permittit).* persuadeo (verb. voluntatis) III 7, 4: *quos .. non dies ninguidus, non nox inlunis et turbida receptui canere persuadent* (Plin. Gell. cfr. Draeg. II 409). peto I 11, 1: *petis tibi satiram nescio quam transmitti.* VIII 1, 1: *scrinia Arverna petis eventilari* (Suet. Gell. Aug. Draeg. II 408). posco 7, 209: *poscatque informe recidi Vectigal* (Cic. parad. I 6 quanquam h. l. dubitatur num scriptura recta sit; Hor. Verg. Sen.

Val. Flacc. Just. Lact. Aug. cfr. Draeg. II 412). praecipio (= iubeo) V 17, 2: *dirigi ad te praecipis versus.* 23, 423 sqq.: *hic mox praecipit aequus imperator Palmis serica, torquibus coronas Coniungi et meritum remunerari* (Curt. Suet. Plin. Apul. Just. qui omnes aeque ac Sid. hoc verbum nunquam non coniunxerunt cum inf. pass. cfr. Draeg. II 411). praesumo (= censeo, credo cfr. I 10, 1: *vel praesumere tuta vel illaesa credere*) VI 3, 1: *ut a meis praesumam partibus aequali officiorum lance certandum.* 7, 331: *Geticum .. agmen .. propriis praesumens adfore castris* (Val. Max. Aur. Vict.). respicio 5, 171 sq.: *cum pallidus ille Respiceret medium post se decrescere campum* (Verg. A. 5, 666). rideo 5, 61 sq.: *tua moenia ridet Insidiis cessisse suis* (Naev. com. 120 Ribb. *risi egomet mecum cassabundum ire ebrium.* Stat. Theb. 10, 648: *sic Lydia coniunx Amphitryoniaden exutum horrentia terga Perdere Sidonios umeris ridebat amictus).* stupeo V 5, 1: *quantum stupeam sermonis te Germanici notitiam tanta facilitate rapuisse.* 2, 76 sq.: *stupuit primis se Parthus in annis Consilium non ferre senis.* 9, 72: *cum ... florere in segetem stuperet hostem* (Verg. ecl. 6, 37. Aen. 12, 707. Mart. IV 35, 3. Prud. dittoch. 184. corp. inscr. lat. VIII 212). suadeo (verb. volunt.) VIII 14, 6: *quotiens aliquem mentis perfidae figmenta ponentem sanam respondere doctrinam fidem credere, viam tenere vitam sperare suadetis* (Ter. Lucr. Verg. Suet. Plin. Apul. Aur. Vict.): contra structura prorsus elegans I 7, 6: *suademus nil quasi leve fatendum.* succenseo IX 9, 6: *quid te celasse succenseam* (Liv. VII 13, 9. Suet. Vesp. 5). *supplico IX 11, 1: *delicto huic ... confestim supplico ignosci.* timeo IV 18, 5: *quod secus fore plurimum timeo:* quae structura ex Livii aetate usitatior esse coepit. ap. Cic. semel extat pendens a nomine *timoris*; altero autem loco quo inveniri dicitur de legg. II 2, 57 scriptura falsa videtur esse. vereor VIII 10, 4: *non veritus es fore tibi impedimento etiam conscientiam meam.* VIII 11, 13: *vereor huiusmodi a cath. fidei regulis exorbitaturum et effici dignum.* IX 14, 8: *neque vereare me quospiam iudices Catonianos advocaturum* (Plaut. mil. 1285. Ov. her. 16, 75). — *clarescit (= apparet) III 8, 2: *facile clarescit rempublicam morari beneficia, vos mereri.* congruit VIII 11, 3: *quod eo congruit ante narrari.* (Plin. pan. 38, 6: *congruens erat eandem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere.* Claud. Mam. 182, 22 E. *quid itidem congruit vel in disputationem vocare*

reticenda vel reticere proposita). esto VII 9, 18: *quod hactenus eos esto putatos* (sc. superiores quam Simplicium) (Lucr. 3, 733. Varr. l. l. X 3, 43. Hor. epp. I 81); contra sequ. coniunct. VIII 6, 11: *esto sit indulgentia dignum* et verbo finito I 6, 4: *esto multiplicatis tibi spumabunt musta vinetis.* *incisum est in aere (= constat) V 3, 4: *illud in aere credite incisum nos ... numquam admissuros amoris terminum.* *insitum institutumque (est) II 9, 6: *senatorium ad modum quo insitum institutumque multas epulas ... apponi.* *quo spectat IV 7, 1: *quo spectet ista praemitti?* cett.

His adiecimus unum adiectivum paucasque locutiones ex quibus acc. c. inf. aptus est:

contentus 7, 275: *iam vilia per se Agmina contentus ruere.* (Quint. Sen. Just.). proverbialiter celebre est II 6, 1: *saepe moram esse meliorem.* fama concinnat VI 12, 6: *illum dubia fama concinnat .. ignotam circumtulisse sementem.* operae pretium est IV 3, 2: *meae fama personae quam operae pretium non erat librorum suorum titulis inclarescere.* VI 12, 9: *quibus operae fuit pretium fieri famem suam periculo.* VIII 11, 1: *de quo diutius occupando .. operae pretium est votiva populorum studia confligere.* *promptum est IX 13, 2: *non enim promptum est unum eundemque probe facere aliquid et raro.* sermo est III 6, 3: *creber provincialium sermo est annum bonum .. existimandum.* tanti est IV 10, 2: *non enim tanti est poliri formulas.* *volupe (est) cfr. § 10 (p. 33).

Nominativi denique cum infinitivo exempla ut alia taceamus minus insignia attulisse sufficiat haec potissimum:

*agnoscor VIII 11, 3: *Lampridius orator modo primum occisus mihi agnoscitur* et permittor VII 11, 1: *desiderio .. meo nequaquam satisfacere permittor.* II 2, 17: *ita illis nec redire valentibus nec exire permissis* (Amm. XIV 1, 3: *nec hiscere nec loqui permissus.* XIV 2, 15: *nec permissus est congredi* et undecim aliis Ammiani locis: praeter eum Aur. Vict. orig. gent. Rom. IV 3. IX 1. IX 3. XVII 4. Aug. de civ. D. I 28. Hier. ep. 108, 19: *si qua erat nobilis non permittebatur de domo sua habere comitem.* v. Hilar. 23: *antequam diabolus beatum Job tentare permitteretur.* in Ezech. comm. praef. *nisi quis apud eos ... tricesimum annum impleverit, nec principia geneseos nec .. legere permittitur.* Rufin. in cant. III p. 40 L. *pati persecutiones permittitur ecclesia*).

De **indicativi** et **coniunctivi** usu Sidoniano quanquam haud ita multa sunt notanda, tamen plane tacendum nobis esse non censuimus. ac primum **indicativus** praeter bonorum scriptorum usum legitur

a) nonnunquam in **interrogationibus obliquis** ut I 11, 4: *videtis ut Catullinus deperit risu.* II 13, 2: *dici nequit quantum per horas fert in hac vita miseriarum vita felicium istorum.* III 3, 3: *non potest umquam civicis pectoribus elabi quem te quantumque nuper omnis aetas ordo sexus .. conspicabantur.* IV 7, 2: *facile coniecto quo repente stupore ferietur.* ibid. *videre mihi videor ut homini non .. perfaceto nova erunt omnia.* V 5, 2: *velim dicas unde subito hauserunt pectora tua euphoniam gentis alienae.* 2, 477: *dic Byzantinus quis rem tibi Mummius egit.* (cfr. Draeg. II 460).

b) in **enuntiatis quibusdam relativis** ut *α*) **caussalibus**: II 13, 5: *felicem te, Damocles, qui non uno longius prandio regni necessitatem tolerasti.* I 4, 1: *o terque quaterque beatum te de cuius culmine datur amicis laetitia.* VIII 7, 3: *tu vero macte qui .. elaborasti.* V 3, 3: *utpote cui indignissimo tantae professionis pondus inpactum est.* *β*) **consecutivis** IV 22, 5: *est huiusmodi thema in quo ... modica gratia paratur.* VII 14, 8: *si quae sunt, quae sola naturali sapientia vigent.* III 13, 3: *avarissimus quemque* (= et quem) *non pascit.* IX 3, 1: *causis .. certis et necessariis quaeque diversis proficiscuntur ex originibus.* III 3, 2: *omitto illa communia quidem sed quae non mediocria caritatis incitamenta sunt;* atque etiam VIII 15, 1: *exegeras mihi ut promitterem tibi Attilae bellum stilo me posteris intimaturum: quo videlicet Aurelianensis urbis obsidio oppugnatio ... continebatur* (= contineretur). sed ne coniunctivus quidem in huiusmodi enuntiatis rarus est ut II 2, 3: *quis sit ... agri situs accipe.* ibid. § 12: *spectabis ut promoveat alnum piscator in pelagus ... extendat ... librentur.* II 10, 2: *viri severi misericordis ... quique ... levet.* IV 11, 1: *vir ingeniosissimus quique indesinenter philosopharetur* cett.

c) in **enuntiatis quartae** quae dicitur **hypotheseos primariis** I 9, 4: *si utrumque coluisses, facilius ab Avieno familiaritatem, facilius a Basilio beneficium consequebare.* IX 14, 3: *quod procul dubio consequebare, si pacis locique condicio permitteret.* IV 7, 1: *id ipsum erat utique si tacuisset orandus.* V 5, 1: *cui procul dubio statuas dederant litterae, si trabeae non dedissent.* VIII

10, 1: *si pudoris nostri utcumque fecisses rationem, te cogitare par fuerat*, quin etiam et in protasi et in apodosi 23, 169: *si Consentius affuit, latebant:* de quo usu ap. Cic. compluries, nusquam ap. Caes., semel ap. Sall., ap. Liv. Tac. alios historicos saepe obvio cfr. Draeg. II 725 sqq.

Coniunctivus autem invenitur maxime in enuntiatis relativis temporalibus condicionalibus quibus compluries quidque factum esse vel fieri dicitur (ex more graeco) ut I 2, 10: *cum surrexerit (Theodoricus), incohat nocturnas aulica gaza custodias* (= *ὅταν ἀναστῇ)*. II 2, 10: *ubi .. nutricum laquacissimus chorus receptui canit cum ego meique dormitorium cubiculum petierimus (ὅταν εἰσέλθωμεν)*. III 13, 4: *cum discubuerit, fertur actutum in rapinas (ὅταν κατακλιθῇ)*. II 9, 9: *quo (sudore) prout libuisset effuso ... ingerebamur* (ibid. § 6: *studiis hisce dum nostrum singuli quique prout libuerat occupabantur)*. VII 2, 4: *agere* (inf. hist.) *cum singulis prout aetatis ratio permitteret*. IV 11, 3: *quaecumque dixisset (ἃ εἴποι) .. excipiebamus*. V 17, 5: *fabulam referre dignam relatu quisque potuisset, audiebatur (= ὅστις δυνηθείη)*. VIII 11, 13: *quisque praesumpserit, vereor ... (ὅστις ἂν τολμήσῃ)*. III 3, 10: *quas domorum nequiverit impetere, .. impugnat (ἃς ἂν οἰκίας μὴ δυνηθῇ)*. IV 14, 3: *qui propria non tacuerit flagitia, damnatur, qui .. fuerit confessus, absolvitur (ὅστις ἂν σιωπήσῃ ... ὅστις ἂν .. ὁμολογήσῃ)*. V 1, 1: *satis eminet meritis ingenii proprii qui fuerit fautor alieni (ὅστις ἂν .. γένηται)*. VIII 13, 4: *is efficacissime quemque commendat qui meras causas iustae commendationis aperuerit*. II 2, 6: *palaestritae quorum etiam viventum luctas si involvantur obscenius casta confestim gymnasiarchorum virga dissolvit (ἐὰν* vel *ὅταν ἐμπλέκωνται)*. IV 3, 9: *equo frementi si inter tesqua vel confraga teneatur intellegis non tam cursum deesse quam campum (ὅταν ἐγκαθείργηται)*. IV 22, 6: *sed tunc ista proveniunt, clericis si aliquid dictetur auctoribus: qui si quid simpliciter edamus, insani, si quid exacte, praesumptiosi vocamur (ἐάν τι ξυγγράφηται .. ἐάν τι διαδιδῶμεν)*. VIII 10, 3: *magnus orator si negotium aggrediatur angustum, tunc amplum plausibilius manifestat ingenium (ἐὰν* vel *ὅταν ἐπιχειρῇ)*. IX 11, 9 ac maxime III 13.

Sed in eis quoque enuntiatis condicionalibus a quibus iterationis sententia prorsus abhorret a Sid. coniunctivum studio quodam et amore positum animadvertimus ut IV 3, 7: *iam si ad sacrosanctos patres pro comparatione veniatur, instruit ut Hieronymus.*

ibid. § 8: *de hymno si percontere quid sentiam, commaticus est.* VII 9, 18: *si personam suam tractatu consiliosiore pensemus, invenimus eam tenere inter spectabiles principes locum;* ibid. *si annos eius computemus, habet efficaciam .. si litteras vel ingenium conferamus, certat natura doctrinae.* VIII 11, 5: *si orationes illius metiaris, acer rotundus* cett.

Haec habuimus quae de latinitate Sidoniana dissereremus. iam finem censuimus faciendum esse eorum quae congessimus expositionem aliam, ut Rufini verbis utamur, prudentibus quibusque coniciendam et contemplandam relinquentes. quibus parum vel nimium est, nobis ignoscant; quibus autem satis est, non nobis sed nobiscum Deo gratias congratulantes agant (August. de civ. Dei XXII 30).

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Ad *anxietates* pag. 17 adde Ruric. I 6, 2: *animus mundanis anxietatibus curisque confectus.*

Devinctissimus quem superl. ap. Faust. legi p. 30 diximus ap. Ruric. quoque compluries legitur.

Ad pag. 39 adde *fungor* c. acc. V 21: *iustissimum est ut diem functo sic quisque nostrum succedat* (Just. XIX 1, 1).

Menda autem quaedam typographica ut *tiemps* p. 37 pro *hiemps* et *tu telaribus* p. 70 pro *tutelaribus* syllabaeque perperam disiunctae ut *adiec-tivi* p. 9 et *struc-tura* p. 10 facile corriguntur.

MAXIMILIANUS MUELLER DE VITA SUA.

Natus sum ego Maximilianus Mueller IX mens. Jun. die anni h. s. LIX Breitenavii qui est Saxoniae Coburgensium vicus. matrem colo superstitem, cum patre Friderico qui ludi Breitenaviensis fuit magister sim orbatus. fidem profiteor evangelicolutheranam. primis literarum rudimentis et a patre et a parocho institutus vere anni h. s. LXXI gymnasium adii Coburgense. quo per sex annos frequentato maturitatis quod dicitur examine superato in theologiae et philologiae studia incubiturus Lipsiam petii : ubi scholis interfui virorum amplissimorum Delitzsch, Guthe, Kahnis, Lechler, Luthardt, W. Schmidt theologorum, philosophorum Seydel et Strümpell, philologorum Curtius, Götz, Lange, Lipsius, Ribbeck. biennio post Halas Saxonum ad literarum studia absolvenda transii ibique scholas frequentavi viri illustrissimi Haym philosophi et theologorum summe reverendorum Beyschlag, Hering, Jacobi, Kähler, Köstlin, Riehm, Schlottmann, Tschackert.

Vere anni h. s. LXXXII Meiningae in priore examine theologico quod dicitur pro candidatura probatus ad diaconatum Camburgensem interim administrandum a Summo Senatu res ecclesiasticas curante delegatus sum. altero deinde quod dicitur pro ministerio examine ibidem superato anni insecuti auctumno a Serenissimo Saxoniae Meiningensium Duce diaconus rite sum constitutus.

Cum omnibus viris doctissimis supra commemoratis gratias ago maximas, tum praecipue a viris amplissimis Georgio Götz olim Lipsiensi nunc Jenensi, Constantino Schlottmann morte maxime dolenda nuper defuncto, Paulo Tschackert olim Halensi nunc Regiomontano beneficia in me collata memoria semper prosequar gratissima. —

